Prima pars Joannis Gersonis/ studij Lutetiani Cancellarij/ que est de ijs potissimũ/ que fidẽ et ecclesie conditionẽ moderantur.

ITEM EPISTOLÆ quædam de miraculis Autoris.

Et de vita eius Epitome.

TETRASTICHON AD D. GERSONEM.

Fortis in ecclesia bellator maxime Gerson,
Armatus gladio, cingis ouile dei.
Viuunt scripta tua, quãuis sint ossa sepulta,
Omnibus exemplar se dant imitabile doctis.

EX INCLYTA GERMANIAE BASILEA.
AN. M. D. XVIII.



CHRISTOFERVS DEI GRATIA BASILIensis Episcopus Venerabilibus & circumspectis Dominis Decano, toticꝙ Capitulo insignis Ecclesiæ Lugduneñ. Amicis nobis plurimum dilectis.

AMicabili salutatione præmissa. Venerandi uiri Amiciꝙ charissimi, quoniã a multis annis, doctrinæ & scriptis magistri Ioannis Gerson, singulariter affecti fuimus, in eisdemꝙ legendis usꝙ hodie plurimum delectamur (quod nobis solidus, ecclesiæ utilis, & omni statui consolatorius uisus est) desyderamus uehementer, certiores reddi de quodã rumore, qui apud nos pridem haud ex futili autore personuit, eundem Ioannẽ Gerson apud uos in ecclesia diui Pauli Lugduneñ. sepultũ, multis & magnis clarescere miraculis, populiꝙ concursu cũ celebritate frequentari. Rogamus in dño, ut quicquid de hac re, uestris humanitatibus certo cõstat, id ad nos fideliter rescribatis, ut cum ad famã ipsam uestræ quoꝙ fidei & autoritatis testimoniũ accesserit, non solũ nosipsi ingenti gaudio repleri, sed & cæteris multis huius sapientissimi & integerrimi patris amatoribus, solatiũ & uoluptatem afferre possimus, qui & una nobiscum dñm deum glorificaturi sunt, ꝗ uitam & doctrinam tanti tamꝙ digni uiri, signis & miraculis illustrare tandem dignatus est. Facietis nobis rem gratissimã, nostris obsequijs oblata opportunitate cõpensandã. Relatũ est etiam ad nos quendam doctorem, ordinis Carmelitarũ, Confessorẽ regis Franciæ, carmina in laudem Ioannis Gerson edidisse, & ea ad sepulchrum appensa esse, eundemꝙ Carmelitam antea huius Ioannis Gerson contemptorẽ, quadam quasi miraculosa muli (cui insedit) rebellione, in crure & lateribus attritum, diuinam sensisse uindictã. Item ꝗ depingatur imago Ioannis Gerson instar Alberti magni, cum radijs solaribus in capite, sine tamẽ diademate, in cappa doctorali, & corde in manu sinistra, ꝗꝙ dexteram leuet, dicens, Sursum corda. De his certificemur, & metra nobis rescribantur, atꝙ ipsa imago depingatur. Valete in Domino. Ex ciuitate nostra Basilieñ. Anno. M. D. IIII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ac dño, Christofero dei gratia Basilieñ. Episcopo, uestræ paternitatis seruitores, quanti sunt Canonici & Capitulũ ecclesiæ Lugdunensis Reuerentiam & debitam & deuotã cum salute plurima dicũt et optant.

REuerendissimæ dñationis uestræ epistolam magnam deuotione et tersa facundia refertã accepimus. Vidimus et legimus, ꝗ diui Ioannis Gerson doctrinã solidam, omni statui consentaneã, affectu maximo cõplectimini, in eaꝙ hactenus legenda, sancta uoluptate tenemini, dignissimi et optimi antistitis, et ꝗ de litteraria doctoris sancti sapientia bene sentiat, officium habetis. Est profecto eius doctrina sana, clara, salubris et deuota, et inter cæteras ad pellẽdos animi morbos aptissima, usꝙadeo ut iam christianissimus doctor, diuus Gerson passim nominetur. Erectum est in ecclesia sancti Pauli Lugduneñ. in diui Ioannis Gerson decus, et laudem, deuotum sacellum, ubi super altare eius imago depicta est, magnusꝙ populi concursus pro obtinenda ope diuina affluit, et plurimi se adiuuari, beati Ioannis Gerson precibus prædicant et fatentẽ. Ista est quæ apud nos uulgatur de diuo Gerson clara et celebris fama. Scribit insup R. D. uestra, ꝗ frater Laurentius theologus doctor Parrhysieñ. ordinis Carmelitarũ aliqua carmina in beati Io. Gerson laudẽ scripsit, quæ altari suo iuncta sunt, hoc habete dignissime põ

tifex, ꝙ præfatus frater nunc Episcopus Sistariensis, regis confessor, per sex q̄dragesimas & annos plurimos coram regibus & clero & populo Lugduni prædicauit, nomēq; & uirtutum præstantiā, dotes & doctrinā olim Io. Gerson semp cōmendauit, & regem Carolū ut capellam ædificaret suo suasu impulit, nec doctrinæ, nec uitæ illius contemptor fuit unq̄. Quinimo omni ingenio, studio, industria & labore, apud christianissimū regē dat operam, ut habita sufficienti formatione de uita, moribus, patientia & doctrina inter diuos canonizatus asscribatur. Is ad, V.R.D. litteras cum suis carminibus humilis & deuotus & V.R.D. deditissimus destinabit. Nec ceruice, nec latere attritus est, sed e mulo lapsus, illæsus permansit inuocato prius diui Ioānis Gerson auxilio, imaginē eius & cætera q̄ V.R.D. deuotionē augeāt, mittimus, facturi ea omnia quæ V.R.D. iusserit. Auspice Iesu christo, qui ad utilitatem ecclesiæ V.R.D. conseruet, tueatur, audeat & protegat. Amen.

Ex Lugduno. xxij. Februarij. Anno Christi. M.D.IIII.

IOANNIS DE GERSON CANCELLARII PARrhysieñ. Compendiosa laus, a Petro Schotto Argentoraceñ. hortatu Ioannis Geileri keiserspergij illic concionatoris elucubrata.

IOannem de Gerson Parrhysieñ. quondā studij cancellarium, si quis doctorem Christianissimū uocet, is certe uidebitur eius merito ac dignitati non impertinens nomen, indecentēve titulum attribuisse. Si enim autor christiani nominis christus finem & consummationē legis suæ dilectionem constituit, si leue & sacramentis paucis astrictum iugum posteris suis imposuit, si pharisaicum illud paternarum traditionum onus a suorum humeris excussit, quis obsecro inter doctores legis huius christiani agnominationē iustius sortietur Ioanne de gerson, qui operosa & pia industria, per omnē ætatem in litteris sacris uersatus, omne studium in id contulit, ei soli operam impendit, ut christianis qui sue cedentibus subinde, multiplicatisq; præceptis hominū, ac innumera uiuendi uarietate ꝓposita, inextricabili ferme conscientiæ labyrintho circumerrare uiderentur, & egrediendi ex hoc callem nutum faceret, & planam, securam ac regiam dilectionis christianæ uiam, quænam esset, luculentissime demonstraret. Plane si quis forte dubitantior de hoc fuerit, huic nulla probatio certius persuadebit, ut quæ præmissa sunt credant, quam si sæpe & attente leget, quæ plurima post se reliquit cancellarius, ingenij ac doctrinæ suæ monimēta. Inuenit etenim non hærentem in curiosis ambagibus, non in uana subtiliū ostētatiōe sollicitum, neq; affectatione exquisitæ nouitatis turgentē, sed his insistentē tantūmodo, quæ cognitu necessaria, & opere salubria in priscis doctoribus deprehendebat, quæ ꝓfecto ad usum nostrorum temporū, & ad mores in quibus christiana uersatur respublica, tam scite applicuit & accōmodauit, ut nihil clarius, nihil certius homines nostri legere possint, per quod ab hac misera perplexitate, tum in multis alijs, tum præsertim iu uarietate legum humanarum, quæ nunc obligantes, nunc abolitæ asseruntur, nōnunq̄ uertūtur in dubium, sese tuto doceantur euoluere. Vnde factum est ut qui soli utilitati proximi scribēdo studeret, nulla affectione priuata alicuius e doctoribus qui eum præcesserant, singulariter duceretur. Quamuis enim ex his qui celebres erant, neminē ignorauerit, eorum tamē quos nos respuit ecclesia, nec aliquem usq; quaq; refutauit, nec cuiq̄ sese ubilibet obnoxiū constituit imitatorem, sed uelut apis argumentosa singulorum depastus dulcorem, quē ex eo potissime sapiebat, si quid naturalem aut diuinam legem syncerius redoleret, fauum ꝑspicuum, ordinatissimū, suauissimūq; contexebat. Longe profecto alienus ab eorum sensu, qui doctorem fauore probant, & quibus non tam perspecta ueritas, quam eiusdem ꝓfessionis coniuncto sectandi alicuius necessitatem imponit. Nec quidem in scholastica theologia. In mystica uero, quæ ita est christianorum, ut (autore Dionysio) solis sit christianis cōcessa, quantus fuerat Ioannes de gerson, q̄ clarus, q̄ copiosus, q̄ iuste christiani agnomē

promeruerit, ex scriptis suis aduerti manifestissime potest. Studiose siquidem curauit, que-
admodū de seipso pluribus in locis testatur, theologiam mysticam cū scholastica concor-
dare. Vel ꝙ ostenderet scholasticis doctrinis illam non esse aduersam. Vel ꝙ omnes q cru-
dis solūmodo speculationibus deum inuestigant, ad experimentalē eius gustū inuitaret,
ad quem scilicet tanꝙ ad margaritam preciosam, & futuræ beatitudinis prælibationē, oēs
christianæ perfectionis auidos anhelare docebat, eo certe efficacius, quo & ipse non mo-
do doctus uerbo, sed & usu peritus in ea re fuerat. Nisi enim gustasset ꝙ suauis est dn̄s, nū
ꝙ tale aliquid quod melius percipi ꝙ dici potest, tam dilucide, tam signate, tamq̄ copiose
declarare potuisset. Nec mirum sane. Nam ut de uita quoq̄ sua non nihil afferatur, ab ine-
unte ætate per parentes ad dei amorem allectus extitit, quos ipsos pietate in deū non me-
diocri arsisse indicio sunt liberi fere omnes deo dicati. Mox traditus bonis artibus in Par-
rhysiensi gymnasio, ita se exercuit, ut proficiente cum tempore peritia & integritate, oīm
illic theologiam profitentiū tempore suo longe eminentissimus haberetur & esset. Singu-
laris profecto gloria uicisse Parrhysienses in eo, in quo ipsi cæteris studijs omnibus semp
præstitissent. Verum multo laus amplior, & immensum fere preconium eius ab his cōsur-
git, quorum adhuc ne meminimus quidem. Quæ quia illustriorem dicendi ornatum de-
poscūt alijs, & alij loco duximus reseruanda. Quis enim breuibus complecti posset accu-
ratissimam prudentiam, laborem fortissimū, modestissima consilia, feruentissimū zelum,
quem indefessus adhibuit pro sedando & uniendo illo turbulentissime schismate, q̄ ætas
illa quatiebatur? Quis legatiōes suas mira grauitate & peritia obitas, satis dignē cōmemo-
rare posset, quas pro Francorum rege, ecclesia gallicana, & uniuersitate parrhysiensi, tum
plærūq̄ alias, tum præcipue apud celeberrimū illud christiani populi generale concilium
Cōstantiense gnauiter administrauit? Illic etenim diligentia incredibili, sanissima doctri-
na, & uehementissima ui dicendi, quibus patres monuit, confirmauit, & quid facto opus
esset, apertissime mōstrauit, tm̄ effecit ꝓ cōmuni pacis (quæ a tota christiana republica ex-
ulabat) reconciliatione, ut non minus necessarius fuisse uideatur illi suæ calamitosæ tem-
pestati, quam olim gloriosissimus doctor Augustinus ætati suæ Pelagianorum hærese cō-
taminatę. Extant & tractatus & orationes eius in eam rem plurimæ, quo min⁹ necesse sit
adducere multa ad hæc comprobanda. Quare silentio prætereantur reliqua, si uno uerbo
persuasum fuerit Ioannem de Gerson euidentissimo intuitu ueritatem perspexisse, & nō
minori constantia ac fortitudine perspectam tutatum fuisse. Ad eam siquidem sensuū pu-
ritatem, & simplificationem cordis deuenerat, ut uelut e sereno pacatoq̄ aere despicere &
contueri ualeret omnia, quæ sub se turbida passionibus & ignorātiæ nube obducta in cæ-
teris agebantur. Itaq̄ expeditissimus & resolutissimus erat in uero cognoscendo. In defē-
dendo autē ꝙ firmus, ꝙ imperterritus fuerit, uel hoc unum argumento nobis sit, q̄d post
grauissimas altercationes, quibus cōtra impugnatores ueritatū fidei & præceptorum dei
coram sacrosancto concilio certauerat, principis etiam potentissimi odium non uerit⁹, ue-
lut alter Chrysostomus, aut Athanasius, ipsum tandam exilium molestissimū perpeti nō
detrectauit. O uirum uere christianū. O temporum nostrorū perditissimorū singulare sy-
dus. Tu eam quam a se pellunt cæteri ueritatem etiam in exilio perquiris. Tu teipsum in-
iuria & contemptu mauis affici, quam ueritatem exulare. Tu uere secundū nomē tuū lau-
dem tibi paras. Gerson enim aduenam significat. Tu ipsius christi, qui ut ueritati testimo-
nium daret, nullum tormentorū genus expauit, cum re & facto fueris imitator, cur non
merito tuo maximo eius cognominationem adipiscaris? Quamobrē honorentur docto-
res alij quisq̄ epitheto suo. Dicatur hic sanctus, ille seraphicus, magnus iste, irrefragabilis
alter, subtilis, solennis, illuminatus, uel quicquid tale pro merito suo quisq̄ uocitetur. Iu-
ste quidem & bene, sunt etenim. Liceat obsecro Ioannem quoq̄ de Gerson non fraudari
laude sua. Liceat christianus doctor appelletur. Is cui⁹ primo doctrina ad christi meras tra-
ditiones, omnē nostram assertionem contendit metiri. Cuius deinde studiū primariæ chri-
sti operationi, propter quam in mundum uenerat, testimonio. s. ueritatis intentissimæ fu-
it addictum. Cuius postremo uitæ conclusio tanta anagogicæ & ueræ christianæ contem-

plationis dulcedine & amore flagrauit, ut uelut cignus modulato canticorū carmine mortem suscipiens, infelicem familiam Christi, quem docuerat, pro quo certauerat, & quē totis uisceribus desyderauerat, non immerito in æterna beatitudine reptus esse credatur. Plura possent alia in laudem huius Christiani doctoris annecti, quorū aliqua ex epistolis archiepiscopi Lugduneñ. & fratris sui prioris Cœlestinorum cōcipi possunt, quæ ad finem huius operis habentur. Verum passim plurima sese obijciunt laude & honore digna, studiosis scriptorum eius, e quibus & hæc pauca quæ præmissa sunt, clarius intelligi possūt. Huius itaq; utilissimi doctoris tractatus & opera, quotquot colligi potuerunt, etiam nō sine singulari labore, in hoc uolumine castigate admodum impressa fuerunt. Quod tribus sane partibus si cui libuerit, poterit secerni. Earum prima cōtinet ea quæ & fidem & ecclesiæ regimen & circa ea errores concernunt. Secunda complectitur ea quæ ad morales traditiones pertinent. Tertia mysticæ theologiæ accōmodata subiungit. Hunc autem partium ordinem non esse incongruū, sed scripturę sacræ prorsus conuenientem aperte intelliget, si quis Bonauenturam in libello de reductione artium ad theologiam in quarto uolumine leget. Inter hæc autem opera licet nōnulla sint quæ Ioannis de Gerson nō esse uerisimilius sit, ut est tractatus contra proprietarios sancti Augustini, Compēdium theologiæ, Sermo de conceptione, & si qui plures reperiantur, tamen quia autor alius non patebat, ideo loco suo perstiterunt. Alij autem tractatus qui sibi nōnunq; tribuuntur, sed tamē autorem certum habent, ut est libellus de contemptu mundi, quem constat a quodam Thoma canonico regulari editum, & alij plures non sunt operibus suis inserti. Verum nonnulli ad finem operis propter conformitatem materiarum subiuncti.

EPITHOMA VITAE IOANNIS GERSON.

ANno salutis. M. ccc. lxiij. natus est Ioānes Gerson in pago eiusdem noīs diocesis Remeñ. ex honestissimis deuotissimisq; parētibus, patre Arnolpho Charlier, & matre Helisabet, qui ab ineunte ætate ad dei amorē illū sollicite induxerunt, moxq; tradiderūt bonis artibus in Parrhysiēsi gymnasio instituendū. Deinde ipse cōuolauit studiū legis diuinæ sacrarumq; litterarum, in quibus ita seipsum exercuit, ut breui tempore oēs illic theologiam profitentes, longe superaret. Seruata semper morum integritate, in laboribus enim fortis, in consilio prudens & modestus, in zelo feruentissimus erat, quotiens legatiōis munus in causis fidei & christianę religiōis obibat, mira peritia usus est & grauitate. Incremētum & decorem regni Franciæ sicut alter Leodegarius apprime dilexit. Contra schisma periculosissimū, utilissima multa non solum scripsit, sed etiam diligentia incredibili, & uehementissima ui dicendi, ad cōmunem ecclesiæ pacem reuerendissimos & amplissimos prēs in concilio Constancieñ. monuit & induxit. In cognoscendo uero expeditissimus erat, in defendendo firmus & imperterritus, adeo ut pro ipsa sancta & christiana ueritate tutanda, potentissimū principem non metuerit, tandemq; in Germaniam pulsus, exilium uelut alter Chrysostomus aut Athanasius patientissime perpessus sit. Et quia sciebat iugū domini suaue esse, onusq; eius leue, conatus est oīa præcepta, oēsq; constitutiones humanas, quātumuis graues & numerosas, quo tolerabiliores essent ad Christi legē referre, unde & non indigne christianissimi doctoris meruit habere cognomen. Neq; enim inhærebat curiosis speculationū ambagibus, nec circa uanam subtilitatum ostentationē sollicitus, nec in nouitatibus adinueniēdis turgidus fuit. Versabatur autem in his studijs, quæ ad dei laudem, ad fidei robur, ad plantandam ecclesiam, ad conscientiæ pacem, ad consolandos pusillanimes, ad morum ædificationem, ad animarū salutem utilia & necessaria esse uidebantur, & quia utilitati proximorū ex toto corde inseruiebat, nullius priuati cōmodi affectione ductus, absq; assentatione & absq; contemptu cuiuscūq; doctoris qui eum præcesserat, uerū docuit, uerum non adulterans uerbum dei, sed ex synceritate prædicauit, & in monumen-

tis post se plurima reliquit, quæ omniũ statuũ hominibus, quæ confessoribus, quæ femini uerbijs, quæ ecclesiarum curatis, quæ uiris quoq; contemplatiuis uehementer conducũt. Nam & in mysticæ theologiæ & affectiuæ traditione clarus fuit & copiosus. Theologos etiam speculatiuos, qui crudis solũmodo speculationibus & clamosis quæstionũ disputationibus uel deum inuestigant, uel de deo disceptant ad experimentalẽ eius gustũ inuitabat, quippe qui prius gustauerat, q̃ suauis sit dñs. Atq; ita in christianæ cõtemplatiõis dulcedine, meditando & sup cantica Salomonis scribendo, in uitæ suæ finem persistens, post multos labores ecclesiæ dei utilissimos post feruentissimũ animarũ zelum, postq; exilior, in felicẽ familiã Christi (quẽ docuerat, pro quo certauerat, quem totis uisceribus desyderauerat) in æterna beatitudine creditur esse receptus. Obijt autẽ anno Christi. M. cccc. xxix. Die Iulij. xij. Sepultus Lugduni in ecclesia sancti Pauli, inq; lapide ipsius membris supraposito hæc uerba leguntur, Pœnitemini & credite euangelio. ubi hodie magnis miraculorum beneficijs Dominus noster Iesus Christus suũ famulũ illustrare, eiusq; sanctitati clarmenter attestari dignaf, cui sit honor & gloria in secula seculorũ. Amen.

IOANNES CANCELLARIVS PARRHYSIENSIS GERMAno suo charissimo ordinis Cœlestinorũ. Inclinauit cor meũ uel curiositas, uel uanitas, uel ut pie cõfido charitas illius cui dixit cor meũ, Deus cordis mei & pars mea deus in æternũ, ut mihi describerẽ arma, scutũ cordis & fidei, quale militiã mihi necessariã & accõmodam figuraret pro præsenti uita, quæ teste Iob, est milicia hoĩs sup terrã. Meditatus sum cũ cor de meo plurima. Tandẽ ascendit mens in hũc affectũ cordis ut sibijpsi cor alatũ & ignitũ, signatũ signo thau aureo poneret in ætheris sapphyrini medio, radiãtibus illic aureo colore, sole, luna & stellis, quatinus ego peregrinus & aduena (sic enĩ Gerson interpr̃tatũ significat) assidua meditatione recordarer uerbi cœlestis, peregrini Pauli. Nostra cõuersatio in cœlis est. Nec me ꝓrsus fefellit hæc meditatio cordis dũ illud tu dñe dilatasti, dũ libero sibi uolatu, ꝑ amplissimos sacræ scripturæ cœlestes campos spaciari donatũ est, ubi totiens de corde fit sermo uiuus & efficax, quæ ad sensus nũc allegoricos, nũc morales, nunc anagogicos fructuosissima iocũditate trahi potest, ut iugiter insonet illud ecclesiæ, Sursum corda. Hoc tibi germane significare uolui, qui consors es peregrinationis meæ, tibi mecũ & mihi tecũ debet esse cor unũ & anima una, quatinus ædificationis huius nõ ingrate ꝑticeps esse uelis, quia scies & poteris cooperante illo qui cor regis & hominũ inclinat quocũq; uoluerit, quia finxit sigillatim corda eorum. In quo bene uale, feliciter & euola. Scriptũ Constãtiæ prima Ianuarij. M. CCCC. XVI.

Dic precor, iste quis est qui carmina condidit ista?
Gratia nomen ei, cognomen & aduena fecit.
Esse peregrinus signis agnoscitur aptis,
Cassidulum dextro, fartum dependet ab armo
Ad latus oppositũ, celsum caput orbicularis
Pilleus obnubit, soles quo pellat & imbres,
A uultu infestos baculusq; teres regit artus,
Ferrea cui cuspis, munitur sura cothurno.
Scutum leua gerit sapphyro cœlove sereno
Concolor, hic auro septem radiare planetas
Inspiceres, medio cor pennatum uelut ignis
Emicat, & thau rutilo sibi signat in auro.
Egide protectus hac hostica tela retundit,
Nec caret angelico duce, sed caro uisibus obstat,
Sedulus hunc catulus ut Thobiam comitatur.
Gerson origo fuit, dat cancellarius almo
Lustris quinq; gradus studio tibi Parrhysiorum.

Tituli operum Gersonis

¶ Annotatio titulorū

operꝫ doctoris christianissimi Joānis ꝺ gerson cā-cellarij parrhysieñ. eo ordine quo in hoc volumine sese cōsequunt: qđ tribꝰ partibus distingui pōt / ponūt. Primo tituli p̄me ptis: q̄ tractatꝰ potestatē ecclesiasticā ⁊ fidē potissime concernētes cōplectit.

De laude scriptorū.

Tituli librorū secūde partis:

in qua locata sunt p̄cipue opuscula ad mores accōmodata.

Tituli operum Gersonis

Tituli tertie partis que cõtēplatiue vite ꝑcepta tradētes tractatꝰ cõtinet.

¶ Epitaphium Joannis de Gerson.

Epistola fratris Joānis de Gerson ordinis Celestinoꝝ, sup opuscul' magistri Joānis de Gersone germani sui Cācellarij parrhysiensis, circa finē.

¶ Opera ⁊ tractatus

magiſtri Joānis de Gerſon/ſacraꝝ lraꝝ docto-
ris reſolutiſſimi ⁊ chriſtianiſſimi/ ac Cancellarij
Parrhyſieñ. Qui in q̄tuoꝛ ꝑtes diſtincti ſunt: q̄rū
ꝑma cōplectit̄ tractatus fidē ⁊ poteſtatē eccleſiaſti
cam cōcernentes. Quibus omnibus ꝑmiſſus eſt
tractatus de laude ſcriptoꝝ: quia is ad cōmenda-
tionē omniū qui libꝛis multiplicandis ſtudent/ac
cōmodari poteſt.

a Scrutare ſcri-
pturas exhoꝛtabat̄ olim
iudeos chꝛiſtus. Joā.v.
Scripturas videlicet l q̄-
bus putabāt ſe vitā eter-
nā habere: de q̄bus lo-
quit̄ apl's.ij.ad Tim.iij.
ꝙ ol's ſcriptura diuinit⁹
inſpirata vtilis eſt ad do
cendū/ad arguēdū/ad coꝛripiēdū/ad erudiēdū in
iuſticia: vt ꝑfectus ſit hō dei ad oē op⁹ bonū inſtru
ctus. ⁊ ad Ro.xiij. Queciiqꝫ ſcripta ſunt/ ad no-
ſtrā doctrinā ſcripta ſunt: vt ꝑ patientiā ⁊ ꝯſolati
onē ſcripturaꝝ ſpem habeam⁹. ¶ Uerū quō ſcruta
bunt̄ ſcripture ſi nō habeant̄? Qualr̄ habebunt̄ ſi
non ſcribant̄? Qua rōne ſcribent̄ ſine ſcriptoꝛib⁹?
Sūt igit̄ neceſſarij ſcꝑtoꝛes. Et h̄ eſt qđ hic ⁊ nūc
intendim⁹ ſuadere cōpellente nos ad h̄ multiplici
circa ſcriptoꝛes libꝛoꝝ vtiliū defectu quem patitur
etas noſtra. Et in ꝑmis ꝯcluſionē certā ſtatuam⁹/
dicentes: ¶ Scriptoꝛ idoneus ⁊ freq̄ns libꝛoꝛum
doctrine ſalubꝛis agit opus bonū de genere. Et
opus hoc ſi ꝓueniat ex charitate eſt meritoꝛiū vi-
te eterne: nec ſeruile dicendū eſt. Uñ ꝓtinus habe
tur deciſio dubij: cui⁹ occaſione cudit̄ ꝑſens opu
ſculū/ qđ q̄ſiuit q̄dā de monachis domus carthu-
ſie. Si liceat dieb⁹ feſtiuis ſcribere deuotionis li-
bꝛos gratis. ¶ Sed aduertēdū in ꝑmis ꝙ nomē
ſcriptoꝛis notat peritiā ſcribēdi cū vſu aſſiduo vel
freq̄nti: Scriba ꝟo dicit magiſtrū in eis q̄ ſunt di
uine legis eruditū: q̄ ⁊ ſcrutatoꝛ vel ꝯquiſitoꝛ dici
pōt aut etiā dictatoꝛ. Quales erant ſcribe iudeoꝝ
q̄lis eſdras ſcriba velox ⁊ ingenioſus in lege: q̄les
apđ chꝛiſtianos theologi doctoꝛes ſeu theologie
ꝓfeſſoꝛes: de q̄b⁹ nō erit ꝑncipaliter ſermo ꝑſens:
ſed de ſcriptoꝛibus q̄ſi mechanicis ⁊ manualib⁹ li
bꝛoꝝ. ¶ Et hi ſunt in multiplici differentia penes
eruditionē maioꝛē vel minoꝛē circa ſcripturā quā
transferunt ex inſpecto exemplari libꝛo: vel quam
de pronunciātis oꝛe ſuſcipiunt: ſicut Baruch de
oꝛe Hieremie ſcripſit oēs ſermones eius. Sunt q̄
ſimul ſūt dictatoꝛes ⁊ ſcribe ⁊ ſcriptoꝛes: talis lau-
dat̄ fuiſſe diuus Ambꝛo. libꝛos ſcribens quos di-
ctabat. Sunt alij gradus infimi nullū penitus ha-
bentes intellectū eoꝝ q̄ tranſſcribunt: quos q̄ſi pi
ctoꝛes appellamus. Sūt nōnulli tanꝙ̄ medij gra-
dus q̄bus apertus eſt ſatis ſenſus eoꝝ q̄ ſcribunt/
ſaltē grāmaticaliter ſeu litteraliter: q̄les olim fue-
runt ⁊ adhuc eſſe ferunt̄ in religionibus appꝛoba
tis atqꝫ in vniuerſitatibus ⁊ ſtudijs rōnabiliter in-
ſtitutis. Et de talibus loqui ꝑcipua nunc eſt inte̅-
tio nequaꝙ̄ alios ſecludendo: qui vel ſunt mag' ali
quid ꝙ̄ ſcriptoꝛes: vt ꝑmi vel vt ſecūdi/ qui parum
ſunt ad fructū ſpūalē ſue ſcripture capeſcēdū ido-
nei. ¶ Quibus ꝑnotatis vt lucidioꝛ ⁊ breuioꝛ eēt
oꝛdo dicendoꝝ. Patet ſtatim hec noſtra cōcluſio
ſciētibus quid eſt opus bonū de genere: q̄d opus
meritoꝛiū vite eterne: quod opus ſeruile. Ueruntā-
men placet eā ꝑ cōparationes aliquas in ſubſequē
tibus duodecim cōſyderationib⁹ ampliando mon
ſtrare: quas metrū triplex cōpꝛehendit: ꝟſus: Pꝛe
dicat atqꝫ ſtudet ſcriptoꝛ/largit̄ ⁊ oꝛat: Affligitur:
ſal dat fontē luceꝫ futuris. Eccleſiā ditat/armat/
cuſtodit/honoꝛat.

Conſyderatio pꝛima

quod ſcriptoꝛ pꝛedicat.

Scriptoꝛ idoneus ⁊ frequēs libꝛoꝝ doctri- b
ne ſalubꝛis (ſic eñ ſemꝑ infra loqui volu-
mus ⁊ intelligi) ꝑdicare dici poteſt. Cer-
te ſi lingua ſilet/manus ꝑdicat ⁊ fructuoſius aliq̄ñ
quāto ſcriptura venit ad plures vberioꝛ ꝙ̄ trāſiēs
ſermo. Nec obuiamus dicto Hieronymi: ꝙ habꝫ
neſcio quid latentis energie viue vocis actus: ⁊ in
aure diſcipuli ex doctoꝛis oꝛe tranſfuſa foꝛtius ſo
nat. Sed inuenies aliquos eruditiſſimos/ fatētes
ſe plura didiciſſe ſcripta ſtudendo/ ruminandoqꝫ
ſecū ꝙ̄ ꝑ doctoꝛis auditū: qualē ſe fuiſſe videt̄ Ber
nardus gloriari/ dicens magiſtros ſuos fuiſſe q̄r-
cus ⁊ fagos. Pꝛoculdubio nō ſine pꝛeuia vel co-
mite lectura libꝛoꝝ. Adde ꝙ inter ꝑdicatoꝛes ſunt
multi tanꝙ̄ nudi ꝓnunciatoꝛes eoꝝ q̄ ſumunt foꝛ
maliter in ſcriptis: q̄ ſi mereri poſſint aureolā ꝑdi-
catoꝛibus debitā: cur nō ſimiliter ſcriptoꝛ noſter i
cui pōt adeſſe ⁊ adeſt: ſupponit̄ nō impar aiaꝝ ſal
uificās zelus ſcribendo ſicut alteri loquendo.

Conſyderatio ſecunda:

ꝙ ſcriptoꝛ ſtudet legenti ⁊ dictanti ſimilis.

Scriptoꝛ huiuſmodi ſcrutanti ſtudioſe vel
legenti doctrinaliter vel etiā dictanti nō
eſt vſqꝫquaqꝫ diſſimilis. Colligit̄ ex ꝑcedē
ti deductiōe ꝑſentis cōſyderationis quo ad legere
vel dictare: quia nedū ꝓ modula tēpoꝛis exigua:
ſed in annos decē/centū/mille/ſcripturā durare cō
tinget in ſe vel per multiplicationē exemplariū ab
ea ſcriptoꝝ: legentibus aūt atqꝫ dictantibus ſi de
fuerint auxilia ſcriptoꝝ/cū memoꝛia ſit labilis: ob
repat ꝓtin⁹ oblitteratio dictatis aut delectis ob-
liuio. Adde ꝙ ſalubꝛioꝛa ſunt plerūqꝫ ſcripta vete
rum qualia ſcriptoꝛ noſter eligit ꝙ̄ dictamina no-
uelloꝝ. Non ꝙ impꝛobemus nouos dictatoꝛes q̄
les aſſidue cogunt̄ aſſurgere: tum ꝓpter alteratio
nē variā guſtus ſpūalis/cupientis nūc hanc nunc
illā eſcā verbi celeſtis: nūc omnē penit⁹ abominā-
tis: tum ꝟo ꝓpter dubitationes nouiter emergen
tes iuxta qualitates perſonaꝝ/tēpoꝝ/aliarūqꝫ cir-
cūſtantiarū q̄ nunꝙ̄ plene totas ſe ꝑbebunt: cum
ſint abſqꝫ numero variabiles. Exemplū de medi-
cis ⁊ moꝛbis. Non eñ ſufficiunt eis libꝛi quantū-
libet ex arte cōpoſiti: ſed opoꝛtet variare receptas

quales velle simul omnes tradere esset (ꝓut Auicenna notat) inexplebile. ¶ Prodest nihilominus apud rēpublicā nō mediocriter reseruatio talium particulariter dictatoꝝ: sicut cōtra morbos corporū / sic aduersus pestes aīoꝝ: qḋ vtrūqꝫ facit scriptor. ¶ Porro scrutationē studiosaꝫ nō ol scribētī tradere possumus: sed scientifico cuius memoria firmius retinet ea q̄ scribit ꝙ alia si vult intēdere: tū ꝓpter imorationē: tū q̄ segnius irritant aīos demissa ꝑ aures / ꝙ que sunt oculis subiecta fidelibus ait Flaccus. ¶ Accipit ex hac radice sue traditionis originē ars memorie: cuius meminit Cicero. ¶ Reddit insuꝑ ratio cur expediat studiosis abbreuiationes sibi conscribere / certisqꝫ notulis insignire puncta memoratu digniora.

Tertia consyderatio ꝙ scriptor noster largit / miseret ⁊ cōmodat.

Scriptor noster largit / miseret ⁊ cōmodat. Tres esse partes satisfactionis theologi tradunt. Una est elemosyna, de qua p̄sens est cōsyderatio: altera est oratio: tertia ieiuniū: de q̄bus erit cōsyderatio sequēs. Quis oro dubitauerit qm̄ scriptor qualē loq̄mur sit largitor elemosyne multiplicis nedū tēporalis ad sustentationē sui suorūqꝫ fratrū seu domesticoꝝ. Est eñ lucrosa nō parū ista ars. Tenebit insuꝑ locū elemosyne spiritualis ad opitulationē animaꝝ: nūc aduersus errores ⁊ scrupulos per eruditionē doctrinalē atqꝫ cōsilij: nunc ad cōsolationē salutarē. Fallor si nō ita misericordiā receperunt Jonathas cuꝫ ceteris iudeis. j Machab. xij. dicentes se habere solatio sanctos libros: ideo nullo indigere. Cōsonat apostolus vbi supra ad Roma. ¶ Sunt adhuc vt accepi nōnulli professores regule beatissimi Augu. quos canonicos regulares appellamus apud Hollandiā: quoꝝ labor scribendi pascit eos temporalibus subsidijs de precio libroꝝ: remanentibus apud se plurimis ad spirituale solatium. Tales iure dixerimus beatificatos a propheta: Labores inquit manuū tuaꝝ q̄ manducabis / beatus es hic in spe: et bene tibi tandem erit in re. Uxor tua mystice diuina sapiētia vel religio tua / vel celestis gratia: sicut vitis abundans in lateribus domus tue: que est ecclesia vel conscientia. Filij tui litteraliter professores ⁊ scriptura moraliter opera tua: sicut nouelle oliuarum in circuitu mense dñi: que parat aduersus eos demones ⁊ homines qui tribulant nos. Compara nūc si potes alioꝝ quorundam ecclesiasticoꝝ multiplicata super numerū instituta sint in orationibus vocalibus: sint in elemosynis corporalibus / istorum pauperi: nec iam pauperi / sed diuini simplicitati. ¶ Fuerunt an adhuc sint nescio sanctimoniales in hoc opus dedicate: sicut olim Origeni pro transscribendis operibus suis neduꝫ notarios per diuites seculares / sed puellas sex in scribendo peritas datas esse. Unde queso tot genera bibliarum / tot doctorum volumina que modo supersunt in ecclesia: si non ex scriptoribus in religione degentibus: quorum ad presens vix vllum superest vestigium.

Quarta consyderatio ꝙ scriptor orat.

Scriptor noster orat: habet oculus nūciꝰ cordis orādi materiā sibi ministrare. Quāuis nihil obsit quin vocalis qñqꝫ possit interseri oratio vel canticū suaue dū scribit. Atvo satis est implere scriptorē nostrū monitionē apostolicā: ꝙ psallamus ⁊ cantemus in cordibus nr̄is dño. Nō freq̄nter eo liberius implere valet quo solitudine q̄dā vberius fruit. ¶ Puto palā mihi fieri / ꝙ scriptio vel scriptura est opus dei / opus religiosum: nō minus sepe ꝙ vocis exaltatio in canticis ecclesie. Potest subinde vnū compensari per alterum: quandoqꝫ salubrius ꝙ temporalis administratio ab ecclesiasticoꝝ officioꝝ frequentatione saluat ⁊ absoluit. Crediderit proinde scriptor noster ⁊ pietate iugi recogitauerit totiens deū sanctosqꝫ angelos secū esse: totiens scriptores sacros ipsum alloqui: totiens christū sibi blanda quedā oscula cōsolationis dare: quotiens eoꝝ dicta salubria conscribit / que mediate vel imediate dispensarunt. Cui dignitati que potest merces alia temporalis equari? Quis ꝓhibet talē aliquē cōtemplatiuū ⁊ esse simul ⁊ dici? Contemplationem itaqꝫ lectio que scribendo fit / nō impedit / sed pascit.

Quinta consyderatio: ꝙ scriptor affligitur.

Scriptor noster affligit in quo ieiunij vicē tenet. Jeiuniū ꝓut est tertia pars satisfactionis extenso nomine dicit a doctoribus ōis afflictio corporalis assumpta voluntarie pro domatione carnis vel vice satisfactionis / q̄ fit per dolorē. Quēadmodū pars altera que dicit oratio cōcludit omnē mentis eleuationē in deū cum humili subiectione ⁊ obedientia. Elemosynā uo protendūt ad omne subsidiū ꝓximo misericordit impensum. Cōsonat votū paupertatis elemosyne: votū obediētie orōni: votū castitatis ieiunio seu corporis edomationi. Que taliter elucidata moꝝ perspicuā faciunt hanc cōsyderationē cū duplici ꝑcedēte. Nullus itaqꝫ negauerit laboriosum esse scribēris exercitiū: acceptet igit illud in penitentiam seu satisfactionē ꝓ suis alienisqꝫ delictis: sic eñ directio spūalis oculi reddit laborē suū nedū vno ꝑ modo laudabilē ⁊ meritoriū: sed tot modis quot intentiones bonas adducet ad decorationē actus sui: nominatim iuxta cōsyderationes duodecim quas sub scripture preconijs agimus. ¶ Junge ꝙ i foro penitētie pōt iste labor ad satisfactionē sacralē imponi: quē laborē si nullus imponit homo: impo suit sane deus ab initio cū dixit ade ⁊ posteris: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Porro qui in labore hoim nō sunt / nec cū hominibus flagellant nō intumescant: sed timeāt ne cū demonibus affligant. Scripsit egregiū volumen Aug. de opē monachorum quod totū potuerat ad rem que nunc agitur traduci. Quoniā si monachos oportet operari / quale dabitur opus aliud sue professioni nedum minus aduersum: sed amplius promotiuum:

attento ꝙ non omnes idonei sunt ad difficiliora: q̄lia sunt ꝑdicatio vel lectionis doctrinalis. Sz neq̨ missaꝝ obstat celebratio quā finit hora breuis. Ne q̨ preterea valet excusatio desidie nōnulloꝝ dicētium: Imo quasi gloriantiū nescio scribere. Discāt discant/ neq̨ verecundent̄ vel desperent: quoniā labor omnia vincit Improbus/ ꝛ duris vrgens in rebus egestas: ait Vergilius. Gallice: Besoing fait vielles trotter. i. latine: Necessitas facit vetulas currere. Qui se dicit egere cum sibi possit faciendo quod in se est prouidere/ sit mendax: si fictus est lector diiudicet.

Sexta cōsyderatio ꝙ scriptor sal sapientie tribuit.

Scriptor noster posteris sal sapientie administrat. Jubet ap̄ls esse nostrū rōnabile obsequiū cōformiter ad figurā legis ꝑcipientis in omni sacrificio sal apponi. Videat autē scriptor ne suū sal infatuet: vel sibi si ei nō sapuerit/ vel alijs si corruptū ꝑ ineptias scribendi reddiderit. Quales ꝓhe ꝓtulit etas nostra plurimos: quoꝝ mēdosa fuerūt adeo volumina/ vt cōsultius fuisset nulla ꝙ̄ talia ministrari cū lr̄is incōditis sine lege/ sine sensu vel ordine: adeo q̄dem vt autori ꝓprio seu dictatori nō intelligibilia redderentur quantūlibet introspecta. ❡ Hāc existimāt aliqui nō minimā tribuisse iacturā studijs ac vniuersitatib⁹ nostre tēpestatis: dū q̄libet admittebat̄ ad scribendū nō ꝓbatus/ nō cognitus. Exēplaria quoq̨ dabantur incorrecta. Quidni multiplicior corruptio sequeret̄ iuncta transscribentiū vel inertia vł ignorantia. ❡ Sed dant̄ visitatores in artib⁹ mechanicis: ne fraus cōmittat̄ in oꝑationibus: vt in pannis vel in pane vel cultellis ꝛ ceteris. Quis digne tulerit opus preciosissimū expers esse visitationis: ne corruptio sua serpat iugiter in deterius. Sic olim apud sanctos patres habebat̄ electio super scriptoribus: nec passim admittebat̄ indoct⁹ vt doctus: sed vsq̨ ad punctoꝝ formationē qui lucē dant magnā legentibus examē habebat̄. Prisci doctores nominatim Hierenenus (si non fallit memoria) subiungebāt in opusculoꝝ suoꝝ fine terribilē diuini nois obtestationē: vt scripta sua correcte transscriberentur: ꝛ ꝑ posteros ita fieri suaderent. Alioquin iuxta Hieronymū q̄s vel scripsisse vel emendasse fructus esset.

Septima consyderatio: ꝙ scriptor fontem ministrat.

Scriptor noster posteris aperit fontē aque viue salientis in vitā eternā. Intelligat̄ hoc nō vt autor ꝑncipalis/ q̄ solus de⁹ est sed vt ministrator. Nā fons vite/ verbū dei in excelsis. Nōne libri salubres quales intēdim⁹ sunt nō cisterne q̄dem veteres ꝛ dissipate: sed fons ortoꝝ/ puteus aquaꝝ viuentiū/ q̄ fluūt impetu de libano: q̄ candidatio nun cupat̄. Cui sapiētie fonti quanto ꝓximiores sunt riuuli scientiaꝝ/ tanto puriores salubrioresq̨ credideris illos. Quo ꝯtra dū per terras in longinquū riui scientiaꝝ dilabunt̄: nō retinentes virtutē ꝛ gustū fontis originalis: scito ꝙ ꝓ facili limū viscūq̨ cōtrahunt: vnde vermes pestilentes: vt rane/ bufones/ colubri/ geniti repunt/ et potantes inficiunt aut perimūt. Bibe igit̄ o scriptor de aquis tuis viuentibus/ venientib⁹ de libano prior: ꝛ ne dixeris cū hereticis: aque furtiue dulciores sunt: sed omnia palam ꝛ in luce clarescant: pro quo sit sequens consyderatio.

Octaua consyderatio ꝙ scriptor lucem dat.

Scriptor noster lucē sequit̄/ ꝛ eam posteris administrat. Lex dei lux est ꝛ lucerna. Lucerna pedibus meis verbū tuū (ait Ps.) dn̄o/ ꝛ lumē semitis meis. Sit oportet ipsi gaudiū q̄ delectabile lumē oculis inspicit quotidie. Neq̨ habervt thobias ꝯqueri: Quale mihi gaudiū erit qui in tenebris sedeo: ꝛ lumē celi nō video. Videt plane lumē celi scriptor noster qd̄ est verbū dei descendens a patre luminū: dū alij accumulāt super se terrā: instar talpaꝝ defossi tenebris seculariū vł litteraꝝ vel operationū. Gaudeant pueri tales habuisse parētes vel magistros/ q̄ talibus eos artib⁹ salubria scribendi voluerūt instruere. Gaudeant q̄ talentū artis hm̄oi susceptū nō ignauiter infodere: sed vt lucernā ꝛ lucē strēnuitate diligenti conātur ꝑsentibus ꝛ futuris ostendere. Vide hō homi ꝛ ars arti quantū prestat ꝛ prefert̄: deditus scz ad salutaria spiritualiaq̨ pie derelictis aut impulsis ad noxia: que vel auariciā nutriant/ vel ad flagitia pertrahant: nō distrahant a peccatis. ❡ Demum collige tecū scriptor noster quale sit tibi donū dei posse frequenter emergere de tenebris mundanorū hominū cū actibus suis teterrimis: in seditionibus/ in bellis/ in cōtradictionibus. Emergere dixerim ꝑ obligationē animi dū lucidis ꝛ tranquillis actionibus mens occupat se. Nā vbi locus esset in corde tuo tenebris ꝙ lux scripturaꝝ attentione sua cōplet. Qua in re nō paruū accipit fructū scriptor quuis illitteratus: nō minus crebro ꝙ̄ hō nō intelligens ecclesie canticis occupat⁹. ❡ Sensit hanc lucē Aug. dū obediēs celesti oraculo: tolle lege/ tolle lege: cōiectis in scriptura ap̄li oculis: mox depulse sunt ab eo dubitationis tenebre luce securitatis infusa. Itaq̨ dici nō pōt ꝙ̄ multiplex olim ꝛ quotidie lucis splendide fulgor irradiet legētes in scripturis: quas haberi nō posse sine scriptorib⁹ quis nesciat? Presto sunt vbilibet scripta tibi si volueris: verba nō eque. Vides in illis defect⁹ tuos tā ꝙ̄ in speculo sine verecūdia vel pudore cuiusꝙ̄ inspiciētis vel culpātis. Potes ꝓ variatione palati spūalis nūc istis nunc illis scriptoꝝ refici saporibus. Propterea supuacuā ipsoꝝ multiplicationē q̄s esse culpauerit? Nōne lautissimā esse ꝯuenit sapiētie mēsam: multaꝝ ferculoꝝ varietate refertaꝫ? Sumat vnusq̄sq̨ q̄d ꝛ q̄ntuꝫ satis erit vel vsq̨ ad sobriā ebrietatē spiritus: ad quā sponsus inuitat charissimos. Comedite inquit amici ꝛ bibite ꝛ inebriamini charissimi. Qualis ebrietas nō tenebrositatem obtusitatemq̨/ sed luminositatē affert insolitam ꝛ vere diuinam.

Nona cōsyderatio q scriptor ecclesiam ditat.

G Scriptor noster ecclesiam ditat. Refertur Augustinus moriens fratribus inculcasse: q ecclesiasticā bibliothecam magno studio: quia magnū sciebat esse thesaurū/custodirent. Quo contra nō habent tyranni depopulatores regionū seu religionū efficacius machinamentum/q̄ si libris ipas in primis spoliauerint atq̄ ꝑuauerint. Patuit i regibus Assyrioꝝ respectu hierusalē ⁊ iudeorū. Hoc pridē animaduersum est incommodū cepisse circa regnū Francie christianissimū: a quo libri distracti sunt assidue: et si non aperta/tamen occulta ⁊ palliata depdatione propter lucrū ad exteras nationes colligēdū: q̄q̄ neq̄ defuerint apertissimi violentissimiq̄ direptores. Dicit in prouerbio vulgari: Les bōs liueres font les bons clercs: id est/boni libri faciunt bonos clericos. Hoc puerbiū verū ē. Mutatis quoq̄ libris/vt politia mutet vno modo vl' altero necesse est. Hec ad laudē scriptoꝝ spectant: quoꝝ studiū est ad oppositū libroꝝ depauperationē contrariū/ditare. s. ⁊ populare libris sanctis. ¶ Admirabilis fuit ardor habendi libros sanctos apud ptolemeū regē: q ꝑcio ingēti comparauit sibi p. lxx. interpretes translationē eoꝝ. Quo vtinā puocaret infidelis regis exemplo fideles pōtifices et ꝑncipes christiani. Fert huius regis libraria qnquaginta milia libros habuisse. ¶ Ceterū diuitias hic nō accipimus solū in decore libroꝝ: qui tn̄ additus si fuerit valori spūali/ꝑciū duplex accrescit: sicut i ornamētis ecclesiasticis ista laudamus. Sit scriptura laudabilis p thesauro/qualis nō est in papyris silico perenntibus: vbi dicunt simul labor recte papyreus deꝑire cū opera ⁊ impēsa. Pergamenū durabilius est: q conditio caristiā eius sup papyꝝ cōpensat abundāter. ¶ Sed neq̄ quispiā excusauerit suam in scribendo segniciē: si nesciuerit literas artificiose multū formare/litera sit legibilis/sit pūctuata/sit purgata, qualis est Lombardorū/nō inuoluens se tractibus sup̄fluis. Sit demū sine mendis falsitatis cū ortographia vera. Illa sufficit in ecclesie thesauro reponi: q̄uis parum fucati decoris obtineat/nec tandē ꝑcij tēporalis. Non autem oportet ad extremū vnūquenq̄ similes ad scribēdum libros assumere: quēadmodū nō est par in legentibus studiū. Captat hic amplius deuotionē vel gignere vel nutrire: cui parua satisfaciūt opuscula. Uult alius in altū eruditionis intellectualis ascēdere: tali grandia doctorum habenda sunt volumina: quorum traditiones ordine doctrinali scrutetur: alioquin rectū in addiscendo deserens ordinem/leros iuxta Boeciū exitus nō haberet. Primū simplicitati claustralium religiosoꝝ. Alterum magis appropriatū est studiositati sapiētiā/cū ꝑdicationis officio psiteri qrentiū. Tu deniq̄ si nō potueris amplos librorū manipulos ad aream ecclesie reportare/ vel paruulos et paucos: immo si Grego. credis/vel vnū afferre stude/vt in taberna culo dn̄i non vacuus appareas: si solus etiam caprarum pilos habueris vel minuta duo.

Decima consyderatio: q scriptor ecclesiam armat.

Scriptor noster ecclesiam armat. Comparat Salomon in canticis ecclesiam turri Dauid: que edificata est cū ꝑpugnaculis: et mille clypei pendēt ex ea/ oīs armatura fortiū. Et Apl's nominat verbū dei nunc clypeū ignitū/nūc gladium ancipitē ⁊ penetrantē: nunc gladiū spiritus. Et Ps. sagittas potentis acutas. Quisquis igit habet zelū legis (et habere debet summus pontifex/ꝑcipue cū ꝓlatis ⁊ clero) vigilet: oportet hanc armaturā libris ministratā augere aduersus omnē scientiā extollentē sese cōtra christianā religionē. Sed heu quid dicit apl's Omnes que sua sunt querunt/ nō que iesu christi. Qui nec opponunt se murū/nec armis spūalibus induunt: nec scripta quibus alij se fideq̄ dilatēt abundare procurant. Uide si non canor est hodie conscriptor citationū q̄ euangeliorū. Mentior si nō pluris emūtur/si nō sedulius apud quosdā christianos comparent scripture fabulose q̄ religiose/ ⁊ ꝓphane q̄ sacre/ ⁊ lubrice q̄ caste. I nūc: ⁊ ecclesiā inter has manus ꝓsperari confide. Si non erat animus ad scrutandū iuxta christi iussionem scripturas illas: tamen multiplicare reseruareq̄ ꝓ necessitatibus et opportunitatibus equū erat. Nō q ipsi etiam theologi memoriter oēs incorporent. Hoc eīn nequaq̄ factibile est vel tentandum cum sit consultius paucis rite digerendis immorari. Uerum expedit reponere/reposita sq̄ cogitare scripturas velut in summa quadā: quatinus ꝓ loco ⁊ tēpore possint haberi confestim vt ita loquimur/ad manū ꝓ infidelibus vel conuertendis vel reuincendis. Ad erudiendū etiā nūc hoc mō/nūc illo fideles. Talis sit oportet oīs scriba doctus in regno celoꝝ similis homini patrifamilias/q ꝓfert de thesauro sui noua ⁊ vetera. Cui parabolice similitudini nōne videtur alludere sponsa blandiens sponso: Oīa poma noua ⁊ vetera dilecte mi seruaui tibi? Offert hoc loco se consiliū/qd ꝑ comparationē ad armaturā dei: quā esse dicim' libros legis/sit de armis diaboli libris reprobis faciendū. Legat qui nescit illud de actibus ca. xix. multi ex eis qui fuerant curiosa sectati: contulerunt libros/ ⁊ combusserunt corā oībus. Et cōputatis ꝑcijs eoꝝ: inuenerūt pecuniā denarioꝝ qnquaginta miliū: ita fortiter crescebat verbum dei ⁊ confirmabatur. Simile factū nuper accepimus de libro magico estimationis mille aureoꝝ: qui vt palmes inutilis aruit et arsit. Sic olim Parrhysius i gra uia/ ⁊ nuper in atrio maioris ecclesie. Utrū tn̄ sit expediens apud ꝓlatos ⁊ inq̄sitores tales aliquos reseruari ꝓpter exemplar ꝯdemnatiōis similiūꝗ̄ ꝯsyderent. De bonis quidē nulla sit dubitatio: qm̄ videmus ꝑcepto dn̄i tabulas legis in arca custoditas fuisse repositas: q custodia cū honore signata est in exemplari vita christi: q libꝝ legis postq̄ acceperat ⁊ legerat: arma ꝓ se ꝯtra ꝑfidos ex Esa. ꝓferēs: plicuit libꝝ/reuerēter ministro reddēs illū

vt habet̃ Lu.iiij.c. ¶ Morẽ rursus ex iudeis scri-
bit Nicola⁹ de lyra / nõ ita sedere alte: quã alte po-
siti sunt libri legis. Scitur insup̃ de christianis ali
quibus / ꝙ ipsis par est deuotio ad aliquẽ libꝝ san-
ctũ sicut ad sanctoꝝ reliquias: quẽ vt signaculũ su-
pra cor vel pectus suũ ponũt / osculant̃ et stringũt.
Nec parum credunt opitulari / dũ in se versant qd̃
de euangelio Matthei super egros imposito tra
dunt histone cũ ceteris.

Vndecima consyderatio

ꝙ scriptor custodit ecclesiam.

SCriptor noster ecclesiã custodit: Opitula
tio scripturarum duplex est aduersus he
reticos. Vna vt vincantur: et sic armat.
Altera ne vincãt: et sic custodit. ¶ Sed nobis ta-
lia differentibus / mox occurrere videtur animalis
homo / ⁊ opponere primo illud Ecclesiastes in fi-
ne / ꝙ scribendi plures libros nullus est finis. De-
indeq̃ desũt scrutatores scripturarũ / p̃sertim deuo-
tarũ. Amplius ꝙ ex lectura librorũ multi suscepe-
runt occasionẽ errandi / imo ⁊ insaniẽdi. Sic oppo
suit Paulo q̃ dicebat: Multe litere faciũt te insa
nire Paule. Rursus oporteret libros ipsis etiam
laicis ⁊ muliercculis ꝓpinare / vt docerẽtur per se le
gendo eos / facta translatione ad vulgare suum / si
nõ aliter conciperẽt. At vero primũ non impedit /
vel obliterat laudẽ scriptoris nostri. Nõ enĩ ꝓgre
ditur in immẽsũ sine fine: sed finẽ constituit cũ ec-
clesiaste timorẽ dei / cũ suoꝝ obseruatione manda-
toꝝ. Quo fine retento nihil nimis. Nec iã erit plu
ralitas librorũ / sed vnitas. Fatemur ⁊ plangimus
raritatem esse nimiã in scrutatoribus scripturarũ
deuotarũ. Sed maior adhuc inueniret̃ occasione
sublata librorũ: quos ingerere per scriptores expe
dit. Potens est deus affectibus flãmã inurere cũ
intellectus allectiõe: vt perfectionẽ suã in veri cog
nitione positã aliquãdo scrutet̃. Ceteꝝ nihil est tã
sanctũ ⁊ salubre vel piũ quo nõ cõtingat abuti: sic
de libris euenit / quorũ nõ est culpa neq̃ scribenti-
um / sed scelus est in abusu. Postremũ magis vi-
gere videt̃ / si nõ habeat zelus instructionis sanctẽ
scientiã: si ꝯtẽpserit obseruare nõ violandã eccl̃ie
hierarchiaꝫ: q̃ habet vt inferiores laici ꝑ supiores
clericos l lege dei ꝑtos istructionẽ accipiãt. Nec
docere hꝫ publice nisi missus. Nõ enĩ esse dicimus
omniũ vel hr̃e vel scrutari libros sctõs: illos maxi
me q̃ suã difficultatẽ petunt explanari ꝑ alios pas
sus ⁊ glossas doctoꝝ. Qualiter agere nec facultas
est ingenij / nec eruditiõis cõmoditas apud vulgus
quos ab ore sacerdotũ optet legẽ exq̃rere. Neq̃ tñ
arcẽdi videnẽ ab opusculis moralibus et deuotis
nullã in se difficultatẽ nec ambiguitatẽ nec absur-
ditatẽ in translatione gerentibus: cuiusmodi sunt
historie vel vite vel legẽde sanctorũ / necnõ medi-
tationes sancte. Trãslationes in reliq̃s iure culpã
tur / plus erroris arrogãtis ꝙ deuotiõis humilis
aut eruditionis salubris materiã ꝓpinãtes.

Duodecima consyderatio

scriptor honorat ecclesiam.

SCriptor noster honorat ecclesiam. Dedu
cunt hãc honorificẽtiã p̃misse ꝯsyderati-
ones: q̃ si l' ostẽdũt nõ mediocrẽ latrie vene-
rationẽ scribẽdo libros ꝯstitui. Vñ ꝯsurgit rõ me-
riti ad deũ q̃ honorificat honorantes se. Qui legẽ
quoq̃ matris eccl̃ie spõse sue nõ dimittũt: sꝫ auge
re / sed dilatare sꝫ elucidare ꝯtẽdũt. Q, si forte dixe
rit emulus aduersus laudẽ scptoris nr̃i: Cur laude
tur ille q̃ mercẽnarius est: cui⁹ ad lucrũ respicit ocu
lus. Accipiat lucrũ qd̃ suũ est / ⁊ vadat. ¶ Rñdebi
mus ꝑ euãgelicã ⁊ aplicã sniam: ꝙ dign⁹ est opari
us cibo suo ⁊ mercede sua. Tñmõ p̃cipalis et fi-
nalis eius intẽtio in honore dei ⁊ eccl̃ie / in charita
tate nõ ficta / l sue demũ alioꝝq̃ ꝑpetua salute figa
tur: vt sit finis lucri sub fine celesti: q̃tin⁹ nõ iã duo
fines aduersi / sed vnus vtrobiq̃ censeat̃. ¶ Nõne
scptor noster p̃terea venit honorãdus ab omnibus
qui diligũt ecclesiã / p̃cipue q̃ regimini suo p̃sunt.
Sit honor ipe in bñficijs: sit honor in aliquo insi-
gni titulo: sit in largitione indulgentiarũ non mi-
nus ꝙ ꝓ peregrinatione / vel ecclesie materialẽ cõ-
structione: sit in priuilegijs aliquibus. Quoniã si
duplici honore dignos dicit Apl̃s qui laborãt in
verbo / nũquid de scripto silebimus? Nũquid euã-
geliste / nũquid ꝓphete / nũquid Paulus ipe ꝓfue
runt nihil scripto? Nõne plurimi quotidie scptis
edificant̃ q̃ verba nõ audiunt? Hoc vnũ iniungẽ-
dum p̃mittimus: vt scriptor oĩbus idoneũ se prebe-
at. Quatinus ab institutis vel instituendis p̃nci-
palibus scribis / exemplaria que ⁊ qualia sint irre-
prehẽsibilia suscipiat. Sic enĩ iubet dñs Deutero.
xvij. vt rex sibi descripturus Deuteronomiuꝫ le-
gis exemplar a sacerdotibus accipiat. Et Moysi
dicit̃: Fac oĩa s̃m exemplar quod vidisti in mõ-
te: quod et angeli ministrãtes obseruant. ¶ Ecce
quanta sterilitas ꝑ ecclesiasticos / p̃sertim pleba-
nos / rectores ecclesiarũ et alios ociosos de eccle-
sia prochdolor inuenit̃. Apud quos nec breuissi-
mus tenor vnus habet̃ diuinorũ p̃ceptorũ / nec sa-
cramentorũ nominatio / nec numerus articulorũ.
Compellũtur habere synodalia quedam instituta
hñ q̃dẽ: sꝫ illud oportuit facere: nõ tñ aliud omit-
tere. ¶ Deniq̃ nihil impedit (vt ad principiũ fi-
nis se referat) libros seu tractatulos vel codicillos
deuotionis scribere festiuis diebus: habito mo-
deramine / quale sapiens iudicabit in hoc opere.
quod vtiq̃ nõ seruile censendũ est: sed in honorem
ecclesie plus aliquãdo vergẽs / ꝙ multiplicatio vo
calis orationis / imo ꝙ insolens in aliquibus missa
rũ inculcatio. ¶ Si quid ad extremũ vobis est vl
fidei vel consilij ꝓuideant supiores in vniuersitati-
bus studiorũ / in cenobijs seu monasterijs religi-
onũ / in collegijs ecclesiarũ / maxime cathedraliũ /
nedũ librarias habere: sed scptores de suppositis
suis instituere cũ relaxationibus onex' ceteroꝝ cõ
gruis / aut cũ stipẽdijs opportunis: q̃ vbi deessent:
agat nihilomin⁹ scptor noster viriliter ꝓ cã nõ in
fima: q̃tin⁹ ociũ vitet: qd̃ vitia docet oĩa: qd̃ eoꝝ sen
tina est abominabilis ⁊ horrẽda. Speret p̃miũ: spe
ret qm̃ merces sua magna nimis erit deus / iubẽs
scrutari scripturas / ac ꝓinde scribi: q̃bus habetur

eterna vita. Cuius esse pticipes tanq̄ in libro suo scptos largiat̃ ipe nobis dn̄s nr̄ iesus christ⁹ liber vite speciosissim⁹ deus bn̄dict⁹ i secla. Amē.

¶ Finit tractat⁹ de laude scriptoꝝ editus a christianissimo doctore Joāne de gerson cancellario Parrhysieñ. Lugduni: Anno dn̄i. M. cccclxxxij. Aprili.

Circa lecturā istarū

Circa lecturā istarū cocordantiaꝝ cōsyderandū est q̄ litera M. posita inter duo puncta significat q̄ Matthe⁹ illā dictionem ponat M. sequentē. Silr qn̄ R. ponit̃ intelligēdū est de marco. Ubi L. Lucā significamus. Eodē mō vbi J. ponit̃ intelligendū est de Joāne. Uñ si aliqñ de his pdictis duo vel tres vel q̄tuor ꝯueniūt: cōsyderādū est q̄ lre illoꝝ euangelistaꝝ in scptis cōcordāt. Ex quo eliciunt̃ duo. Primū q̄ lre adiuncte dictiōib⁹ inter duo pūcta computant̃ ad dictionē pcedentē: ⁊ ad illud qd̓ tali dictiōi adiungit̃. Scdm̄ q̄ lector ꝯtinue debet istas cōcordantias legere: ⁊ in legēdo nihil attendere dictiones positas inter pūcta: ⁊ sic habebit vnū continuū euāgeliū oīm euāgelistaꝝ. Aug⁹. Inter oēs diuinas autoritates q̄ sacris lrīs cōtinent̃ merito euangeliū pcellit. Hieronym⁹: Euāgelia legis impletio sunt: ⁊ in his pcepta ⁊ exēpla viuēdi plenissime sunt digesta. Chrysostom⁹: Sicut em̄ in domū vbicūq̧ fuerit positū euāgeliū nō audebat accedere diabolus: multo magis aiam intelligētias habentē tales ⁊ circūferentē: nō tanget vnq̄ neq̧ superueniet ei demon: neq̧ pctī natura. Attendam⁹ igit̃ dilecti scripturis: ⁊ si nullū aliud euāgelica saltē nobis circūstudiosa fiant: ⁊ hec pre manib⁹ habeamus. Cōfestim em̄ expandēs libꝛū si pmāseris vsq̧ ad finē: oīa respues mūdana: oīa deridebis q̄ hic sunt. Et si diues fueris: nihil reputabis diuitias: si inops: nō cōfunderis inopia: nō rapies: non auarus eris: sed ꝯcupitor eris magis inopie ⁊ despicies diuitias. Si ℞o hoc fiet: omnia extermiabis mala. ¶ Et iteꝝ: quid vnq̄ euangelijs equale fiet? Utiq̧ deus cōuersat̃ in terra: homo ascendet in celū: ⁊ facta est omniū vna pmixtio. Angeli cū hoībus choꝛū faciebant: homines angelis cōmunicabant: ⁊ alijs celestibus supnisq̧ virtutib⁹. Et erat videre antiquū repente preliū dissolutū: deus hominibus recōciliatū: diabolū cōfusum: demones fugientes: mortem peremptā: paradisum apertum: maledictionē remotā: peccatū de medio sublatū: erroꝛē lapsum: veritatē reuersam: pietatis sermonē vbiq̧ seminatū ⁊ vegetatū: celestē cōuersationē in terre regione plantatā: supnas virtutes familiariter nobiscū loquentes: ⁊ ad terras sepe angelos ventitātes: ex hisq̧ oībus spem firmari certissimam futuroꝝ. Hec ille.

¶ Proemiū seu prologus

¶ Proemiū seu prologus in cōcordantias euāgelistaꝝ collectas p venerabilē mgr̄m Joānē de gerson cācellariū Parrhysieñ: q̄s intitulauit Monotessarō aut vnū ex q̄tuoꝛ.

Euangeliū latū esse ⁊ magnum ⁊ rursus cōcisum diuinus Bartholomeus dixit dionysio in de mystica theologia teste. Cui⁹ rō multiplex nostre cōgruēs intentiōi pōt elici: dū aliq̄d ploqui volumus sup vnū ex quatuoꝛ nup edita cōpilatione. Uerbū quidē qd̓ in pncipio erat: apd̓ deum est vnū ⁊ multiplex: put de spū sapiētie tradit sapiens vnuz in essentia: multiplex in effectu. Est vnū rursus apud nos pgrediendo p viā negationis resolutoꝛie: omnimodū vero per viā attributorie positionis. Est pterea vnū ⁊ efficax cuiuslibet accōmode se coaptans ⁊ loquens verbū euangelicū: ⁊ penetrabili⁹ oī gladio ancipiti: ptingens vsq̧ ad diuisionē spūs ⁊ anime: vt spūs a quadā aīalitatis cōcretione solutus liber ⁊ expeditus fās habeat circūquaq̧ i arcūuu leuare oculos suos: vbi videt ⁊ affluet: ⁊ miraf ⁊ dilatat̃ coꝛ suū. Ubi rursus est iuxta philosophicū dictū intellectus adeptus quidā. Insup habet̃ innocentie status: vbi visus fuisset deus in libꝛo creature totius claro contemplationis intuitu. Deniq̧ verbū qd̓ erat in principio imensum fecit deus abbꝛeuiatū dū verbū caro factū est. Immo si pfunde speculamur verbuz istud vnū qd̓ erat in pncipio apud deū dici potest: tā in creatione reꝝ q̄ in incarnatiōe quodāmodo multiplicatū: iuxta metaphysicalē de creatis intellectibus cōsyderationē: q quanto sunt impfectiores ⁊ a prima verbi luce distantioꝛes: tanto magis plurificant̃ pluribus egentes speciebus ⁊ actibus q̄ pfecti. Et certe sic experimur in humanis intellectibus q̄ pstantioꝛes tā ingenio naturali q̄ exercitio doctrinali: sub paucioꝛibus conceptibus plura maioꝛaq̧ sub vniuersalitate cognoscūt. Sūt q̄ ad paucula verba puta ad oꝛdinem dn̄icā cōsyderationes velut innumerabiles p multa septenaria petitionū: donoꝛ: virtutū: beatitudinū: sacramētoꝛ: dotū: ⁊ similiū sub omni facilitate resoluūt. Et tāq̄ in libꝛo legentes ⁊ in serena mente cōstituti: collectaz reꝝ magnitudinē quasi sub vno solis radio contēplant̃. ¶ Cur ista dicimus? Nimirū q̄ si dignū ē ⁊ salubꝛe christianos pferri studiosos i theologia q̄ multa est ſm pfatū Bartholomeū ⁊ minima vt ponāt sibi resolutionē ⁊ oꝛdinē ad pauca: qm̄ habet oīs varietas ad vnum vel pauca reduci. Quid erit illud vnū vel paucū cōuenientius accipiendum q̄ euangeliū. Ita em̄ narratū est de theologizante Cecilia q̄ semp euangeliū christi gerebat in pectoꝛe suo. Cuius exemplo nunquid nō est vtile sapientie sectatoꝛibus: vt suū omne studiū referāt ad euangelicam vnitatē. Proꝛsus erit hoc ad memoriā vtile: ⁊ ad pietatem pficiens cū in eo recōditus sit cultus dei pcipuus. Cum sit preterea in autoꝛitatis arce locatū. Proinde talis reductio habebitur faciliter si verbis singulis: si ppositionibus: si sententijs pondus suū det̃: cū inq̄sitionibus ⁊ solutionibus dubioꝝ: sicut edocent theologici tractatores. Et hoc siue fuerit doctrinis practicis siue speculatiuis intendendū. Uide totā materiā de trinitate locū inuenire congruum: vbi dr̄: In principio

erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deũ: ⁊ deus erat verbũ
Materiã de creatiõe rerũ ibi: oĩa p ipsm facta sunt:
Materiã de incarnatiõe ibi: verbũ caro factũ est.
Materiã de grã: ⁊ habitauit ĩ nobis. Postremo
de grã sacramẽti: ibi: vidimus eũ plenũ grã ⁊ veri
tatis. ❡ Quisq̃s igit̃ voluerit vel legere vel stude-
re: q̃si saluberrimũ ⁊ solidissimũ diuine legis fun-
damentũ: ostẽsa est sibi via latissima q̃ pgrediat̃: ⁊
oĩa q̃ alibi vel audierit vel studuerit: velut in vnũ
pncipiũ reducat: colligat ⁊ reponat. Ita eñ theo
logiam egregius doctor Bonauẽ. in suo breuilo-
quio totam inchoauit: mediauit et finiuit a primo
principio: quod sine dubio est illud quod ĩ princi-
pio erat apud deũ. Ego (inq̃t Jesus) pncipiũ: qui
⁊ loquor vobis. Et in Apoca. Ego sum alpha ⁊ o:
principiũ ⁊ finis. ❡ Quis digne laudabit Aureo
lũ: qui totã sub paucis cõclusionibus bibliã: preci
pue quatuor euãgelia: mira subtilitate compegit.
❡ Nõne sctũs Tho. totaz pene theologie practi-
cã (plixioribus licet verbis) in scẽa scẽe conclusit
Quã summã si tãto q̃reret impẽdio theologicorũ
sobria studipsitas: q̃nto cõterit̃ in supuacuis mul-
torũ heu vana curiositas: haberent pfecto theolo
ig vñ quorundã sapientum in oculis suis insulta-
tio: phãtasticos appellãs theologos retusa cessa
ret. ❡ Conatus est nostrũ vnus ex theologie pfes
soribus notare semitã: p quã nouus theologie di
scipulus haberet pgere. Sed dũ etiã atq̃ etiã re-
cogitauit: tot inuenit ĩgenioꝝ varietates: tot pter
ea p diuersitate finiũ multiplicitates medioꝝ p lo
co: p tpe ⁊ societate: deniq̃ p occurrẽtibus exerci-
tijs: nũc in istis doctoribus: nũc in illis: vt vix aut
nusq̃ valeat vniformis regula cõstitui. Ueniebat
rursus in animũ cudere quedã noua opuscula su-
per vnũ ex quatuor: sed repssit modestior ↄsydera-
tio: ⁊ paucnlis annotationibus voluit esse contẽta
❡ Prospice quot ⁊ quanta pateãt a sũmis inge-
nijs elaborata sup euangelia p glossas ordinarias
interlineares: per margineos: per homilias: per po
stillas: p determinatiões: p ↄcordãtias magistra-
les: p sermones et themata: per cõpilatiões: nunc
sũmatim: nunc cũ ingẽti coacervatiõe ex alioꝝ di
ctis q̃s cuncta dinumeret? Cõsultius idcirco visũ
est relinq̃re ppriũ cuilibet studiũ: laborẽ ordinẽq̃
q̃rẽdi: q̃ glossas iterũ super glossas adddere: q̃
nec sufficerẽt curiosis: ⁊ negligẽtes vel onerarent
vel nõ satis instruerent. Descendus est panis: sed
nedum materialis: sed doctrine in sudore vultus
nostri. Mos iste nõ viroꝝ est: sed infantium: non
posse vel nolle cibũ recipere: nisi aut pmasticatũ:
aut minutatim discissum. Uanitas quoq̃ nõnul-
loꝝ ex scriptoribus mistice notat̃ ab Ecclesiaste:
q̃ diebus ac noctibus nõ cessant: ⁊ sua sũmo la-
bore q̃sita dimittũt homini extraneo ⁊ ocioso: qui
vel nõ vtit̃: vt in superbia abutit̃ derelictis. Quid
pderit oro cecis vel auersis oculis: si digito (vt ai
unt) lux ipsis monstret̃. Ceterũ si nõ inspicit̃ Aug. ĩ
suo de doctrina christiana: si Hugo in didascoli-
con: si documẽta summatim notata ab autore de
virtutibus ⁊ vitijs: sup modo docilitatis tã in do-
ctore q̃ in discipulo. Quid habet exiguitas psen-
tiũ sperare scriptoꝝ: vt legi modo digna putet̃: ne
dixerimus imitari (q̃ς̃ minus inutile sit noua q̃ nul
la sectari) dum optima queq̃ vetera per negligẽ-
tiã intereunt? Nũquid nõ hec est causa nõ infima:
cur opiniones totiens: et sm Aristo. infinities re-
petuntur ⁊ voluũtur: quia nimis est fastidiosũ cor
humanũ: quodã insatiabili prurito noua semp ap
petens: ⁊ vetera seu que ab alijs dicta scptaq̃ cog
nouerit (etiam meliora) fastidiens. Cur aliunde si
nõ ex hoc tot lecturarũ sup sentẽtias ⁊ alibi p grã-
des sarcine? Nõne ideo: q: quod ĩ vna parte alter
tractauit: idẽ mox in alterã ab illo retorquet: dum
tritam alterius semitã pudet sequi: ⁊ placet contẽ
tionibus intẽdere? Nihilominus quisquis exerci
tationis gratia voluerit in hac cõpilatione noua,
q̃ dicit̃ vnũ ex quatuor: nouã expositionis semitaz
inuenire vel pgredi vel ostẽdere nõ culpamꝰ. Ne-
q̃ eñ paucior est spũaliũ q̃ corporaliũ gustuũ va-
rietas. Et suus cuiq̃ mos est: nec voto viuit̃ vno.
Alternis postremo natura gaudet: donec veneri-
mus ad illud vnicum verbum: quod erat in princi
pio apud deum.

Prologus.

EUangelicos canones composuit Eu-
sebius cesariensis. in greco: quos Hiero
nymus Damasi rogatu latinis tradi-
dit: referẽs de Amanio alexandrino:
q̃ ediderit vnuz ex quatuor. Et ipsm se-
dicit Eusebius imitatũ. Sed vitio scriptoꝝ ⁊ pro
pter varias trãslationes euãgelioꝝ: cõtextus illiꝰ
amonij (Hiero. teste) false sedeq̃ laceratus inueni
ebat̃. Ut igit̃ maneret euangelioꝝ integritas: ni-
hilominus notũ fieret studiosis in quibus ⁊ in q̃-
bus nõ: euãgeliste ↄueniebãt: inuẽta est canonũ p-
dicta cõpositio: q̃ iã pene recessit ab vsu. Forte p-
pter nouã in euangelijs (put ⁊ in alijs sacre scptu
re libris) p capitula quotationẽ. Ut aũt labor vete
rũ tãtus nõ ex toto periret: placuit tradere modũ
quo posset q̃libet studiosus ex p̃fatis canonibꝰ in
libris etiã nõ habẽtibus eos vel ipsos nouiter ĩscri
bere fas hẽt. Procedũt aũt canões euãgelioꝝ p
concordãtias nedũ reales vel historicas: sed q̃sq̃
per vocales: vbi cõstat nõ esse eandẽ doctrine vel
historie narrationẽ: sicut de pascha: sicut de filio re-
guli: ⁊ de seruo centurionis: sicut de ceco sanato in
ingressu Hierico: et de cecis in egressu sanatis: et
apertissime in piscatione Petri: quãdo fuit voca
tus ad seq̃lã: ⁊ de piscatione quã exercuit post re-
surrectionẽ: q̃ manifestauit se iterũ Iesus: Joan.
xxi. Constat eñ nõ eandẽ sed diuersam piscationẽ
fuisse: ⁊ ita de plurimis: q̃ expedit cognoscere: ne
dissonãtia difficilis ⁊ possibilis ad concordandũ
textualiter cuiq̃ videatur. Utrũ vero liber amonij
vnũ ex quatuor reperiat̃ vsq̃ apud latinos: igno-
ro. Egregius aũt doctor Aug. librũ edidit pclaris-
simũ de ↄsensu euangelistaꝝ: in quo modum exor-
sus est cõponẽdi vnũ ex quatuor. Cui nunc exordio
datũ esse credimus ĩ reliquis auctore dño comple-
mentuz: quod opus eo facilꝰ poterit incorruptũ
seruari: quã in pncipio nascẽtis ecclesie quo susce-

pta multiplicataqꝫ est vnica euāgelioꝝ Hieronymi translatio. Sed heu nostra hac etate misera q̄s leget hec? q̄s studebit? q̄s trāſſcribet? Cernis ⁊ sentis frater charissime q̄ntus mō belloꝝ plusq̄ ciuiliū horror circūtonat: q̄nta succrescit heresum infelix pullulatio: q̄ntū insup p̄ualente iniq̄tate refrigint charitas quēadmodū rursus sacre legis studium intermissum ne dicam⁹ irrisum. Ueꝝ cōsolatur nos pollicitatio christi dicētis: In mūdo pressurā imo pacē habebitis: de qua loquit̄ ad dn̄m ꝓpheta/dicēs: Pax multa diligētibus legē tuā. Et itex Beatus hō quē tu erudieris dn̄e: ⁊ de lege tua docuerit eū. Ut q̄d ita? vt mitiges ei a dieb⁹ malis ⁊c̄. Hinc de sapiētia gloriat̄ alius/q̄ erit allocutio tedij sui: q̄ nō habet amaritudinē cōuersatio illius nec tediū cōuict⁹ illi⁹: sed leticiā ⁊ gaudiū. ¶ Hāc amplectamur frater charissime vt tanq̄ altera sunamitis suo calore viuido castoq̄ nostrā refoueat ī miscōia vberi senectutē. Deniq̄ iuxta verbū Hiero. se cōsolantis ⁊ inducentis hismeneū canamus nobis ⁊ musis: Imo deo ⁊ angelis si aures surde fuerint ceteroꝝ. Siue vt epicurus amico loquit̄: duo nos magnū satis theatrum sumus. Aut certe sedebit solitarius ⁊ tacebit: q̄ leuauit se supra se. Nūq̄ minus solus q̄ cū solus: nec magis actuosus q̄ cū ociosus. Siquidē regnū dei intra nos est: q̄d prorsus esse quis dubitet amplissimū: cōpellens ibi rōres ⁊ canones oīm seculoꝝ. Ubi deus omnia in oībus: in quo hic ⁊ nunc ⁊ iugiter deambulem⁹ alo.

Uale frater.

¶ Proemiū sup vnū

de quatuor: cuius titulus esse potest tetramonum vel monotessaron.

VNum ex quatuor euangelijs cōponere diuinus aperuit Aug. q̄ libro suo de cōsensu euangelistaꝝ subtilissimo q̄dē ⁊ operosissimo/cōpingit sub vna serie narrationis euangeliorum verba: vsq̄ ad tēpus quo p̄dicare ⁊ baptizare Joānes exorsus est: quatinus hoc exemplo siue vt a me factuꝫ est inquit: siue alio modo cōmodosius fieri possit/videat vnusquisq̄: ⁊ in ceteris talibus locis fieri posse q̄d hic factū esse fieri ꝓspexerit. ¶ Tentamus ergo cōtinuare ꝑut inchoauerat. Uisus est ꝑnnus labor vix explebilis maxime ꝓpter ordis rex gestaꝝ incertitudinē. Marcus eñ (teste Hierony.) nō ordinē rex gestaꝝ/sed ordinē leuitice electionis cōplexus est: Lucas similiter in multis. Joannes vō seorsum plura posuit ab alijs p̄termissa pauca iterans q̄ tradiderūt. ¶ Cuꝫ igit̄ triplex sit ordo narrationis litteralis: vnus rei geste: alter anticipationis: tertius remunerationis/ꝑut spūssanctus voluit nūc ad hūc/nūc ad illū ordinē mouere scriptores (Nō eñ refert iuxta traditionē Aug. q̄bus verbis vel ordine/eadē sentētia vel veritas nota fiat) Sufficiat ꝓbabilis collatio facta sine p̄iudicio aliter vel sentientium vel scribentium. Non etiā tali ausu temerario: q̄si intemeratū velim⁹ manere q̄drupliclis euāgeliste narrationis facīm. Quis eñ nesciat spm̄ christi potuisse sub vno eodēq̄ penitus verborū sentētiarūq̄ ꝯtextu tradidisse gestorū suoꝝ verboꝝq̄ salutarē historiā? Sed cum magno sacri mysterio sibi placuit sub q̄dā concordissima (si ita dici possit) dissonātia mentes fideliū cōmonere ad humiliorē vigilantioremq̄/necnō multipliciorē inuestigationē veritatis: palāq̄ fieret quatuor euāgelistas/nō mutua cōspiratiōe/sed diuina inspiratione fuisse locutos. ¶ Nec offendat (peto mus) aliquē si cōtextus q̄tuor euāgelioꝝ in vnū cōpactus/nō potuit sonoritatē suā custodire ab oīni ꝑrsus specie nugationis ⁊ cuiusdā apparētis dissonātie alienā: q̄ sola textus verba ponere miscēdo q̄ custodire cura fuit. Deniq̄ dabūt illustrationes glosse doctorum/p̄sertim Aug. libro p̄tacto: q̄uia paululas annotare q̄si marginales glossulas studiū fuit obtestatione p̄missa ne scriptores eas textui misceāt: neq̄ quotatiōes capituloꝝ ⁊ euāgeliorū annotationes omittāt vel cōfundant. Sit ipsa merces increata dei sapia pollicēs ⁊ dicens: Qui me elucidant/vitā eternā habebūt. ¶ Diuidit̄ aūt p̄sens opus in tres partitiones: ⁊ q̄libet in suas rubricas ⁊ historias iuxta variā materie qualitatem. Partitio p̄ma cōtinet originē ⁊ ingressum christi vsq̄ ad ꝓgressum sue p̄dicationis/ibi: Anno decimoquinto ⁊c̄. vbi est scda ꝑtitio vsq̄ ad egressum sue passiōis ⁊ resurrectionis/ibi: Prima autē die azymoꝝ: vbi ponit̄ tertia ⁊ finalis ꝑtitio. ¶ Seq̄t̄ tabula cōtinēs centū ⁊ q̄nq̄ginta rubricas; q̄ tabula etiā ꝑ se vtilis erit ad cognoscendū in q̄b⁹ cōueniant/⁊ in q̄bus euāgeliste nō cōueniant. Deniq̄ supadduint̄ rubricelle sub quatuor principalibus rubricis: ne lectoris memoriā sua magnitudo confunderet. Qui lector aduertat plures q̄ hic cōcordantias in canonibus euangelioꝝ reperiri: quarū plurime sunt tm̄modo vocales: videat si cor habeat ad illa.

¶ Tabula continens

centū quinquaginta rubricas. ¶ Rubrice partitionis prime.

Rubrice partitionis secun

de principalis de pdicatione ioannis seu pgressu preconis.

Preambula passionis domini.

Rubrice tertie partis de egressu passionis et resurrectionis christi.

¶ Finis.

¶ Carmina super eodē. Et primo de origine ⁊ ingressu Christi: ⁊ eius generatione.

J.1 L.1 L.1 L.1 L.1 M.1 L.1
1 2 3 4 5 6 7
VErbum mutus aue montan⁹ puer liber ortus
M.2 L.2 M.2 L.2.et.L.1
8 9 10 11
Reges purificat it in ægyptum reperitur.

De predicatione Joannis seu progressu preconis.

M.3 M.4
R.1 R.1
L.3 L.3 L.4 J.1 J.1 L.2 J.2
12 13 14 15 16 17 18
Vox fuit esurijt tu q̄s dolus hydria pascha.
M.14 M.4 M.4
R.8 R.1 R.1
L.5 L.4 L.4
J.3 J.5 J.4 J.4 J.4
19 20 21 22 23 24
Spirat baptizat capitur fons regulus ibat,
M.4 M.4 M.8 M.9 M.5.6.7
R.1 R.1 R.1 R.2 R.3
L.5 L.4 L.4 L.5 L.6.11.et.12
25 26 27 28 29 30
Recte secuti dæmon socrus leuiq; sermo
M.8 M.8 M.8 M.8 M.8 M.9
R.1 R.4 R.5 R.2
L.5 L.7 L.7 L.9 L.8 L.8 L.5
31 32 33 34 35 36 37
Si uis dic surge sequitur mare legio tolle
M.9 M.9 M.9 M.13 M.9
R.2 R.5 R.6 R.6
L.5 L.8
38 39 40 41 42
Conuiuiū tibicen cæci doctrina rogate;
M.10.11 M.11 M.14 M.14
R.6 R.6 R.6 R.6
L.9 L.9 L.7 J.5 L.9 L.9
43 44 45 46 47 48 49
Misit arundo fles mors piscina fama scorsum
M.14 M.14 M.11 M.12 M.12
R.6 R.6 R.5 R.3 R.3
L.9 J.6 L.10 L.10 L.11 L.8
J.6 J.6
50 51 52 53 54 55 56
Quinq; super manna binos ueue beelzebub hi sunt,
M.12 M.12
L.11 L.10 L.10 L.10 L.11 L.11
57 58 59 60 61 62
Signa sathan stabulo pars optima nos doce stulti
M.12 M.12 M.13 M.13 M.15 M.15
R.2 R.3 R.4 R.7 R.7
L.9 L.4 L.8.et.13
63 64 65 66 67 68
Grana manus para bis binæ tres irrita clamat

Carmina super eodem

D.15 D.16 D.16 D.16
R.7 R.8 R.8 R.8 R.8
L.9
69 70 71 72 73
Surdus pisciculis a fermento spuit absit
D.16 D.17 D.17 D.17
R.8 R.9 R.9 R.9
L.9 L.9 L.9 L.9 J.8 J.8
74 75 76 77 78 79
Crux ut sol nequeunt ascendite nemo locutus
D.17 D.18 D.18
R.9 R.9
J.9 J.9 J.10 L.9 L.17
80 81 82 83 84 85
Absconditsyloe pastor soluit minor inte
D.18 D.18.et supra.10
R.9 R.10
L.12 L.12 L.15
86 87 88 89 90
Nequam pro nobis qui me diues galilaei
D.1.9 D.19 D.19
R.10 R.19 R.10.
L.13 L.16 L.18 L.15 L.18
91 92 93 94 95
Incuruata libellus parui prodigus imple
D.19 D.20
R.10
L.18 L.13 L.14 L.14
96 97 98 99 100
Quid nobis uineam pauci postremus egenos
L.14 L.15 L.16 L.17
J.10
101 102 103 104 105
Odit non poteris epulo serui fumus unum.

Praeambula passionis Christi

D.20 D.20 D.20.
R.10 R.10 R.10
L.18 L.17 L.9 R.10
J.11 J.11 L.18.19.
106 107 108 109 110 111 112 113
Fetet abit scandit lepra uis dic ad me duo caeci
D.26 D.21 D.21 D.21 D.21 D.21 D.21 D.21 D.21
R.14 R.11 R.11 R.11 R.11 R.11 R.12
L.19 L.19 L.19 L.20 L.18 L.18 L.24
J.12 J.12 J.12
114 115 116 117 118 119 120 121 122
Vtqd rex flet gens ficus unde duo mihi uitia
D.22 D.22 D.22 D.22 D.22 D.23 D.23
R.12 R.12 R.12 R.12 R.12
L.14 L.20 L.20 L.10 L.17 L.20 L.15
J.20
123 124 125 126 127 128 129
Vestem deo septem toto dauidis cathedrā ue
D.24 D.24 D.24 D.25 D.26
R.12 R.13 R.13 R.13 R.14
L.21 L.21 L.17 et 21.22 L.12 L.21 L.22
J.12 J.13
130 131 132 133 134 135 136
Plus quando signa uigiles rex credere pascha

Carmina super eodem

De egressu resurrectionis & passionis Christi.

M.26 R.14 L.22 J.13	J.15	M.26 R.14 L.22	M.26 R.14 L.22 J.13	J.13 14.15 16.17	M.26 R.14 L.22 J.18	M.26. R.14 L.22 J.18
137	138	139	140	141	142	143
Cœna	lauat	sacrat	ter me	docet	orat	ad Annam,

M.26 R.14 L.22 J.18	M.26 R.14 L.22 J.18		M.27 R.14.et.15 L.22.et.25 J.18.et.19
144	145		146
Ad Caipham	fleuit	uinctus	damnatur insque

M.27 R.15 L.25 J.19	M.27 R.15 L.25 J.19	M.27 R.15 L.23 J.19	M.28 R.16 L.24 J.20.et.21
147	148	149	150
In cruce	ridetur	sepelitur	& inde resurgit.

¶ Rubricelle in magna rubrica.30.

De sermone dñi in monte.

1 2 3 4 5
Octo beant lux, lex, arca, qui uiderit est nõ,
6 7 8
Cede malo, benefac ingratis, da sine teste,
9 10 11 12 13
Ora, condona, ieiuna, cor sit tibi ubi lux.
14 15 16
Nescis sollicitus dãnans, sanctũ canib⁹ dãs,
17 18 19 20
Dat paꝛ arta bonos fruct⁹ opare petræ pax.

Rubricelle in rubrica.141

¶ De sermone dñi post cœnam

1 2 3 4 5 6
Sum uia, cum patre do uitis, q̃a te sed odit,
7 8 9 10 11 12
Obsequiũ mundũ modicũ siquid pater unũ.

Rubricelle i rubrica.146.

¶ De passione domini.

1 2 3 4 5
Pontio dant uinctũ, iudas albis homicida,
6 7 8 9 10 11
Ecce homo nil uxor latro lauit ludit intus.

Rubricelle in rubrica.150.

¶ De Christi resurrectione.

1 2 3 4 5 6
Tres duo stabãt auete fregit stat medio pax
7 8 9 10 11 12
Octo naui petre uobiscum tingite signis.

¶ Pꝛima pars pꝛincipalis de oꝛigine ⁊ ingressu chꝛisti. Et pmo de eterna chꝛisti generatione. Joan.i. Cap.i.

In pꝛincipio erat verbū: et verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbū: hoc erat in pncipio apud deū. Om̄ia p ipm̄ facta sunt: ⁊ sine ipo factū est nihil. Quod factū est i ipo vita erat: ⁊ vita erat lux hominū: et lux in tenebꝛis lucet: et tenebꝛe eā nō compꝛehenderunt. Fuit hō missus a deo/ cui nomē erat ioānes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū phiberet de lumine/ vt oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux/ sed vt testimoniū phiberet de lumie. Erat lux vera/ q illuminat oēm hoīem venientē in hūc mundū. In mūdo erat: ⁊ mūdus p ipm̄ factus ē: ⁊ mūdus eū nō cognouit. In ppꝛia venit: ⁊ sui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eū: dedit eis ptātē filios dei fieri/ his q credūt i noīe ei⁹: q nō ex sāguinibus/ neq ex volūtate carnis/ neq ex volūtate viri: sz ex deo nati sunt. Et vbū caro factū est/ ⁊ habitauit i nobis. Et vidim⁹ gloꝛiā eius gl̄iaz q̄si vnigeniti a patre: plenū gratie ⁊ veritatis.

Fit hic pꝛeoccupatio de missiōe Joānis: q postmodum latius explicatur.

Hic pꝛeoccupatio fit de incarnatione verbi: q postmodū latius explicat.

Pꝛoemium Luce.

Quoniāquidē multi conati sūt oꝛdinare rerū narrationē q i nobis cōplete sūt: sicut tradiderunt nobis q ab initio ipsi viderunt: ⁊ ministri fuerūt sermonis: visū est ⁊ mihi assecuto oīa a pncipio diligēter tibi ex oꝛdine cōscribere optime theophile: vt cognoscas eoꝝ verboꝝ de qbus eruditus es veritatē.

Secūdo de annūciatiōe ioannis baptiste ⁊ ꝯceptiōe eiusdē. Lu.i. Ca.ij.

Fuit in dieb⁹ Herodis regꝭ iudee sacerdos qdā noīe zacharias de vice abia: ⁊ vxoꝛ illi de filiab⁹ aaron: ⁊ nomen ei⁹ helizbet. Erāt autē ambo iusti añ deū/ incedētes i oīb⁹ mādatis ⁊ iustificatiōib⁹ dñi sine q̄rela. Et nō erat illis fili⁹/ eo q esset helizabet sterilis: ⁊ ambo pcessissent i diebus suis. Factū ē aūt cū sacerdotio fungeret zacharias i oꝛdine vicis sue añ deū fm̄ ꝯsuetudinē sacerdotij: soꝛte exijt vt incēsum poneret ingressus i templū dñi. Et erat oīs multitudo ppl̄i foꝛis oꝛās hoꝛa incēsi. Apparuit aūt illi angel⁹ domini stans a dextris altaris incēsi. Et zacharias turbat⁹ ē vidēs: ⁊ timoꝛ irruit sup eū. Ait aūt ad illū angelus: Ne timeas zacharia/ qm̄ exaudita ē depcatio tua: ⁊ vxoꝛ tua helizabet pariet tibi filiū: ⁊ vocabis nomē eius Joānē. Et erit gaudiū tibi ⁊ exultatio: ⁊ multi i natiuitate eius gaudebūt. Erit em̄ magn⁹ corā dño: ⁊ vinū ⁊ sycerā nō bibet. Et spūsctō replebit adhuc ex vtero matris sue. Et multos filioꝝ isrl̄ ꝯuertet ad dñm deū ipoꝝ. Et ipe pcedet añ illū in spū ⁊ virtute Helie: vt cōuertat coꝛda patrū in filios/ ⁊ incredulos ad pꝛudentiā iustoꝝ: parare dño plebē pfectā. Et dixit zacharias ad angelū: Etvñ hoc sciā? Ego em̄ sū senex: ⁊ vxoꝛ mea pcessit in dieb⁹ suis. Et rñdēs angel⁹ dixit ei: Ego sum gabꝛiel q asto añ deū: ⁊ missus sum loq ad te/ ⁊ hec tibi euāgelizare. Et ecce eris tacēs/ ⁊ non poteris loq vsq in diē quo hec fiēt: p eo q nō credidisti verbis meis/ q implebunt i tpe suo. Et erat plebs expectās zachariā: ⁊ mirabant q tardaret ipe in tēplo. Egressus autē non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt q visionē vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis/ ⁊ pmansit mutus. Et factū est vt impleti sunt dies officij eius/ abijt i domū suā. Post hos autē dies concepit Elizabet vxoꝛ eius: ⁊ occultabat se mēsibus quinq dicens: Quia sic fecit mihi dñs in diebus qbus respexit auferre oppꝛobꝛiū meū inter homines.

Tres fuerūt Herodes. Unū ꝟsus. Ascalonita necat pueros/ antipa ioannē Percutit agrippa iacobū: dat carceri petrum.

De annunciatione chꝛisti ad Mariam per Gabꝛielem. Luce.i. Capitulum iij

In mense autem sexto missus est angelus Gabꝛiel a deo in ciuitatē galilee cui nomen Nazareth/ ad virginē desponsatā viro cui nomen erat Joseph de domo Dauid/ ⁊ nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā dixit: Aue gratia plena dñs tecū/ bñdicta tu in mulieribus. Que cū audisset/ turbata est i sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei: Ne timeas Maria: inuenisti em̄ gratiā apud dominū: Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomē eius Jesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabit. Et dabit illi dñs de⁹ sedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternū: et regni eius nō erit finis. Dixit autē Maria ad angelū: Quomō fiet istud: quoniā virū nō cognosco. Et respondēs angelus/ dixit ei: Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbꝛabit tibi. Ideoq et quod nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei. Et ecce Helizabet cognata tua: et ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autē Maria: Ecce ancilla domini: fiat mihi scd̄m verbum tuum. Et discessit angelus ab illa.

Hic patet q Maria fuit de genere sacerdotali et regali. Uide qualiter in Postilla.

De visitatione Helizabet per Mariā/ ⁊ canticū Magnificat. Luce.i. Capitulum iiij

Exurgẽs autẽ maria abijt in mõtana cũ festinatiõe ĩ ciuitatem iude: et intrauit in domũ zacharie: et salutauit helizabet. Et factũ ẽ vt audiuit salutationẽ Marie helizabet: exultauit infans ĩ vtero eius et repleta ẽ spũsctõ helizabet et exclamauit voce magna et dixit: Bñdicta tu inter mulieres: et bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. Et vñ mihi h / vt veniat mr̃ dñi mei ad me? Ecce enĩ vt facta ẽ vox salutatiõis tue ĩ auribus meis: exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo. Et btã q̃ credidisti: qm̃ pficient̃ ĩ te q̃ dicta sũt tibi a dño. Et ait maria: Magnificat aĩa mea dñm. Et exultauit tc̃. vsq₃ / abrahã et semini eius ĩ secula. Mãsit aũt maria cũ illa q̃si mẽsibus tribus: et reuersa ẽ ĩ domũ suã.

Probabile ẽ q̃ p̃ius maria et ioseph cõuenerunt celebri cultu nuptiarum: et q̃ de licẽtia ioseph vel forte ipo ducente Maria iuerit ad montana / reuelato p̃us ipsi ioseph incarnationis mysterio: q̃uis Nicolaus de Lyra et eius sequaces sec⁹ dicant.

De ortu ioãnis et circũcisione ipsius / et cantici zacharie: Bñdictus dñs deus israel. Lu. i. Cap̃. v.

Elizabeth aũt impletũ est tp̃s pariẽdi et peperit filiũ. Et audierũt vicini et cognati q: magnificauit dñs misericordiam suã cũ illa: et cõgratulabant̃ ei. Et factũ est ĩ die octauo / venerũt circũcidere puerũ: et vocabant eũ nõie patris sui zachariã. Et r̃ndens mater eius dixit: Nequaq̃ / sed vocabit̃ ioãnes. Et dixerũt ad illã: q: nemo est in cognatione tua q̃ vocet̃ h nomine. Innuebãt aũt p̃ri eius / quẽ vellet vocari eũ. Et postulãs pugillarẽ sc̃psit dicẽs: Ioannes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertũ est aũt ilico os eius et lingua eius: et loq̃bat̃ bñdicẽs deũ. Et factus est timor sup oẽs vicinos eorum: et sup oĩa montana iudee diuulgabãtur omnia verba hec. Et posuerũt oẽs q̃ audierant in corde suo dicentes: Quid putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cũ illo. Et zacharias pater eius impletus est spũsancto / et pphetauit dicẽs: Bñdictus dñs deus israel tc̃. vsq₃ ad / in viã pacis.

Hic fit preoccupatio iuxta cõmuniorẽ opinionẽ: q̃ ponit mariã fuisse in circũcisiõe Ioãnis in die octauo.

De genealogia christi et apparitiõe angeli ipsi ioseph. Mat. i. Cap̃. vi.

Liber generationis Iesu christi filij Dauid filij abrahã. Abraam genuit Isaac: isaac aũt genuit iacob. Iacob aũt genuit Iudã et fratres eius. Iudas genuit phares et zaram de thamar. Phares genuit esrom. Esrom genuit aram. Aram genuit aminadab. Aminadab genuit naason. Naason genuit salmon. Salmon genuit booz de raab. Booz genuit obeth ex Ruth. Obeth genuit iesse. Iesse genuit dauid regẽ. Dauid rex genuit salomonẽ / ex ea q̃ fuit vrie. Salomõ genuit roboã. Roboã genuit abiã. Abia geñ. aza. Aza genuit iosaphat. Iosaphat genuit iorã. Iorã genuit oziã. Ozias genuit ioathã. Ioathã ge. achaz. Achaz genuit ezechiam. Ezechias ge. manassen. Manasses ge. amon. Amon genuit iosiam. Iosias ge. iechoniã et fratres eius in transmigratione babylonis: Et post trãsmigrationẽ babylonis: Iechonias genuit salathiel. Salathiel genuit zorobabel. Zorobabel genuit abiud. Abiud aũt gen. eliachim. Eliachim genuit azor. Azor genuit sadoch. Sadoch genuit achym. Achym genuit eliud. Eliud genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan aũt genuit iacob. Iacob aũt genuit ioseph virum Marie: de qua natus est iesus q̃ vocatur christus. Oẽs ergo generationes ab abrahã vsq₃ ad dauid. xiiij. Et a dauid vsq₃ ad trãsmigrationẽ babylonis. xiiij. Et a trãsmigratione babylõis vsq₃ ad christum generationes. xiiij. Christi autem generatio sic erat. Cũ esset despõsata mater eius Maria ioseph: antequã cõuenirẽt inuẽta est habẽs in vtero de spũsctõ. Ioseph autem vir eius cum esset iustus / et nollet traducere eam: voluit occulte dimittere eã. Hec autẽ cogitante eo: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs: Ioseph fili dauid / noli timere accipe Mariã coniugẽ tuam: quod enĩ in ea natũ est / de spũsancto ẽ. Pariet autẽ filiũ: et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enĩ saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorum. Hoc aũt totũ factũ est vt adimpleret̃ quod dictũ est a dño per pphetã dicentẽ: Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiũ: et vocabit̃ nomẽ eius emanuel: qđ est interp̃tatũ / nobiscũ deus. Exurgẽs aũt ioseph a somno: fecit sicut p̃cepit ei angelus dñi: et accepit coniugẽ suã: et nõ cognoscebat eã donec peperit filiũ suũ primogenitũ: et vocauit nomen eius Iesum.

Tres hic omittuntur reges.

Cõuentio hec recipitur p celebri cultu nuptiarum: qui factus est postq̃ Ioseph inuenit mariã cõcepisse de spũsancto: et p angeli preceptũ accepit eam cõiugem priusq̃ appareret pregnans: et vtero tumescente post reditum de montanis: q: tunc nõ fuisset honorabiliter facta celebritas coniugij.

De edicto Augusti: natiuitate christi / annunciatione per angelum ad pastores. Luce. ij. Capitulũ. vij.

Factũ est autẽ in diebus illis: Exijt edictũ a cesare augusto vt describeret̃ vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a p̃side Syrie Cyrino. Et ibant oẽs / vt p̃fiterent̃ singuli in suã ciuitatẽ. Ascendit aũt et ioseph a galilea d̃ ciuitate nazareth in iudeã ciuitatẽ dauid q̃ vocatur bethleẽ eo q̃ esset de domo et familia dauid: vt p̃fiteret̃ cũ Maria desponsata sibi vxore p̃gnãte. Factũ est aũt cũ essent ibi: impleti sunt dies vt pareret: et peperit filiũ suũ p̃mogenitũ: et pãnis eũ inuoluit: et reclinauit eũ ĩ p̃sepio: q: nõ erat ei locus in diuer-

Hic fuit preoccupatio q̃ postmodũ explicabitur loco suo / cũ de circũcisione dicetur.

ſoꝛio. Et paſtoꝛes erũt in regione eadẽ vigilãtes/ ⁊ cuſtodiẽtes vigilias noctis ſupra gregẽ ſuũ. Et ecce angelꝰ dñi ſtetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circũfulſit illos: ⁊ timuerunt timoꝛe magno: et dixit angelus illis: Nolite timere: ecce eñ euãgelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit oĩ ꝑplo: q₂ natus eſt nobis hodie ſaluatoꝛ q̃ eſt chꝛiſtꝰ dñs ĩ ciuitate dauid: ⁊ hoc vobis ſignũ: Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ et poſitũ in ꝑſepio. Et ſubito facta ẽ cũ angelo multitudo militie celeſtis/ laudãtiũ deũ ⁊ dicẽtiũ: Gloria ĩ altiſſimis deo: et ĩ terra pax hoĩbꝰ bone voluntatis. Et factũ ẽ vt diſceſſerũt ab eis angeli in celũ: paſtoꝛes loq̃bãtur ad inuicẽ: tranſeamus vſq₃ bethleẽ: ⁊ videamus hoc verbum qđ factũ eſt/ qđ dñs oſtẽdit nobis. Et venerũt feſtinãtes: et ĩnuenerũt mariã ⁊ ioſeph ⁊ ĩfantẽ poſitũ ĩ ꝑſepio. Uidẽtes aũt cognouerũt de verbo qđ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs q̃ audierũt mirati ſunt ⁊ de his q̃ dicta erãt a paſtoꝛibus ad ipſos. Maria autẽ ꝯſeruabat oĩa verba hec ꝯferens in coꝛde ſuo. Et reuerſi ſũt paſtoꝛes glĩficãtes ⁊ laudãtes deũ ĩ oĩbus q̃ audierãt ⁊ viderãt/ ſicut dictũ ẽ ad illos.

De circumciſione chꝛiſti.

Lu. ij. ⁊ aduẽtu magoꝝ: Matth. ij. Cap. viij.

Et poſtq̃ ꝯſũmati ſunt dies octo vt circũcideret puer: vocatũ eſt nomẽ eius ieſus qđ vocatũ eſt ab angelo ꝑus q̃ ĩ vtero cõciperet. Cũ natꝰ eſſet ieſus in bethleẽ iude in diebus Herodis regis: ecce magi ab oꝛiẽte venerũt Hieroſolymã dicẽtes: Ubi ẽ q̃ natus ẽ rex iudeoꝛũ: Uidimus eñ ſtellã eiꝰ in oꝛiẽte/ ⁊ venimꝰ adorare eũ. Audiẽs autẽ Herodes rex turbatus eſt/ et oĩs hieroſolyma cũ illo. Et ꝯgregãs oẽs ꝑncipes ſacerdotũ ⁊ ſcribas populi: ſciſcitabat ab eis vbi chꝛiſtus naſceret. At illi dixerũt ei: In bethleẽ iude. Sic eñ ſcꝑtũ eſt ꝑ ꝓpham: Et tu bethleẽ terra iuda/ neq̃q̃ es minima in ꝑncipibus iuda: ex te eñ exiet dux q̃ regat populũ meũ iſrael. Tunc Herodes clã vocatis magis: diligenter didicit ab eis tp̃s ſtelle q̃ apparuit eis: ⁊ mittens illos in bethleem dixit: Ite ⁊ interrogate diligenter de puero: et cũ inueneritis/ renunciate mihi/ vt ⁊ ego veniens adoꝛẽ eũ. Qui cũ audiſſent regẽ/ abierunt. Et ecce ſtella quã viderant in oriente ãtecedebat eos/ vſq₃ dũ veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer. Uidẽtes aũt ſtellã/ gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ/ inuenerũt pueꝝ cũ maria matre eius: ⁊ ꝓcidẽtes adoꝛauerunt eũ: et apꝰtis theſauris ſuis obtulerũt ei munera/ auꝝ/ thus ⁊ myꝛrhã. Et rñſo accepto in ſomnis ne redirẽt ad Herodẽ: ꝑ aliã viã reuerſi ſunt in regionẽ ſuã.

De oblatione chꝛiſti in tẽplo. Luce. ij. Capitulũ. ix.

Et poſtq̃ impleti ſunt dies purgationis Marie ſm legẽ Moyſi: tulerũt ieſum in Hieruſalẽ vt ſiſterent eũ dño: ſicut ſcꝑtũ eſt in lege dñi: Quia omne maſculinũ adaperiens vuluã/ ſctũ dño vocabit: et vt darẽt hoſtias dño ſm qđ dictũ eſt in lege dñi/ par turturũ/ aut duos pullos columbaꝝ. Et ecce hõ erat in Hierlm cui nomẽ Symeon: ⁊ homo iſte iuſtus ⁊ timoꝛatꝰ/ expectãs ꝯſolationẽ iſrael: ⁊ ſpũſſanctꝰ erat ĩ eo. Et rñſum acceperat a ſpũſancto/ nõ viſuꝝ ſe moꝛtẽ/ niſi ꝑus videret chriſtũ dñi: ⁊ venit in ſpũ in templũ. Et cũ inducerent pueꝝ ieſum parẽtes eius/ vt facerent ſm conſuetudinẽ legis ꝓ eo: et ipſe accepit eũ in vlnas ſuas: ⁊ bñdixit deũ ⁊ dixit: Nũc dimittis ſeruũ tuũ dñe/ ſm verbũ tuum in pace ⁊c. vſq₃ plebis tue iſrael. Et erãt pater eius ⁊ mater mirãtes ſuꝑ his que dicebant de illo: ⁊ bñdixit illis ſymeon: et dixit ad mariã matrẽ eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinã ⁊ in reſurrectionẽ multoꝝ in iſrael/ ⁊ in ſignũ cui ꝯtradicet: ⁊ tuã ipſiꝰ aĩam ꝑtrãſibit gladius: vt reuelent ex multis coꝛdibus cogitationes. Et erat Anna ꝓphiſſa filia Phanuel de tribu Aſer: hec ꝓceſſerat in diebus multis: ⁊ vixerat cũ viro ſuo annis ſeptẽ a ꝟginitate ſua. Et hec vidua erat vſq₃ ad annos. lxxxiiij q̃ non diſcedebat de templo/ ieiunijs ⁊ obſecrationibꝰ ſeruiens deo nocte ac die: ⁊ hec ipſa hoꝛa ſuꝑueniẽs confitebatur dño: ⁊ loquebat de eo oĩbus q̃ expectabant redemptionẽ iſrael. Et vt ꝑfecerũt oĩa ſm legem dñi: reuerſi ſunt in galileã in ciuitatẽ ſuam Nazareth. Puer aũt creſcebat ⁊ ꝯfoꝛtabat/ plenꝰ ſapientia: ⁊ gratia dei erat in illo.

De fuga ĩ egyptũ: occiſiõe innocẽtiũ: ⁊ de regreſſu ex egypto. Mat. ij. Ca. x.

Cum magi receſſiſſent: Ecce angelus dñi apparuit ĩ ſomnis Joſeph dicẽs: Surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ matrẽ eius/ ⁊ fuge in egyptũ: et eſto ibi vſq₃ dum dicã tibi. Futurũ eſt eñ vt Herodes querat puerum ad perdendũ illuꝫ. Qui conſurgens accepit pueꝝ ⁊ matreꝫ eius nocte/ et receſſit in egyptum: et erãt ibi vſq₃ ad obitũ Herodis: vt adimpleret quod dictũ eſt a dño ꝑ ꝓphetam dicentẽ: Ex egypto vocaui filiũ meũ. Tunc Herodes videns quoniã illuſus eſſet a magis/ iratus eſt valde: et mittẽs occidit oẽs pueros qui erant in bethleẽ ⁊ in oĩbus finibus eius a bimatu ⁊ infra/ ſm tẽpus quod exquiſierat a magis. Tũc adimpletũ eſt quod dictuꝫ eſt ꝑ Hieremiã ꝓphetã dicentẽ: Uox in rama audita eſt/ ploꝛatus et vlulatus multus. Rachel ploꝛans filios ſuos: et noluit cõſolari: q₂ nõ ſunt. Defuncto autẽ Herode: ecce apparuit angelꝰ dñi in ſomnis Joſeph in egypto dicẽs: Surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ matrẽ eius/ ⁊ vade in terrã iſrael: defuncti ſunt eñ qui querebãt aĩam pueri. Qui conſurgens accepit pueꝝ ⁊ matrẽ eius/ et venit in terrã iſrl. Audiẽs aũt q̃ Archelaꝰ regnaret in iudea pro Herode patre ſuo/ timuit illo ire. Et admonitꝰ in ſomnis/ ſeceſſit in ꝑtes galilee: ⁊ veniẽs habita-

Probabile ẽ q̃ angelus iſte fuerit gabriel: ⁊ q̃ in omnibus myſterium incarnationis cõcernentibus: quotiẽs introducitur angelus appariũſſe ipſe fuerit: ſic fuit apud Danielẽ/ et ad paſtoꝛes/ ⁊ ad magos et quater ad ioſeph et in agonia Chꝛiſti/ ⁊ reſurrectione/ et in aſcenſione.

nit i ciuitate q̄ vocat nazaret: vt adimpleret quod dictū est p ꝓphetā: Qm̄ nazareus vocabit.

De inuentione christi pueri in templo a parentibus eius: Lu. ij. Et de habitatione Joannis in deserto: Luce. i. Ca. xi.

Et ibāt parētes eius p oēs ānos i hierlm in die solēni pasche. Et cū fact⁹ eēt iesus annoꝝ duodecī: ascendētib⁹ illis hierlymā fm ↄsuetudinē diei festi. Cōsūmatisq; dieb⁹ cū redirēt / remāsit puer iesus i hierlm: et nō cognouerūt parētes ei⁹. Existimātes aūt illū eē i comitatu: venerūt iter diei / t reqrebāt eū inter cognatos t notos: t nō inuenientes / regressi sūt i hierlm reqrētes eū. Et factū est post triduū: inuenerūt illū i tēplo / sedentē i medio doctoꝝ / audientē illos t interrogantē. Stupebāt aūt oēs q eū audiebāt sup prudētia t rńsiōe ei⁹: t vidētes admirati sunt. Et dixit mr̄ ei⁹ ad illū: Fili / qd fecisti nob sic? pr tuus t ego dolētes qrebam⁹ te. Et ait ad illos: Quid ē q me qrebatis? an nesciebatis qr i his q patris mei sūt oportet me esse? Et ipsi nō intellexerunt verbū qd locutus est ad illos. Et descendit cum eis / t venit nazareth: t erat subditus illis. Et mater eius conseruabat oīa verba cōferens in corde suo: et Jesus pficiebat sapientia et etate et grā apud deū t hoies. Puer autē Joannes crescebat t confortabat spū t gratia: t erat in deserto / vsq; in diē ostēsionis sue ad israel.

Pri⁹ positū est hoc a Luca: sed hic repetit p continuatione sequentiū.

Secūda pars principalis hui⁹ libri de pgressu pdicationis christi.

¶ Rubrica duodecima de pdicatiōe et baptismo ioānis i deseserto. M 3 R i L 3. Ca. xij.

Anno autē qnto decimo imperij Tyberij cesaris / pcurāte Pontio pilato iudeā: Tetrarcha aūt galilee Herode: Philippo autē fatre eius tetrarcha Jturee t traconitidis regionis: t Lysania abilinē tetrarcha / sub principibus sacerdotū Anna et Caipha: Factū est verbū dn̄i sup Joannē filium zacharie in deserto. Et venit in oēm regionē Jordanis predicās L. R. baptismū penitētie i remissionē peccatoꝝ: sicut L. scriptū. R. M. est in libro sermonū Esaie ꝓphete: Jnitiū R. euangelij Jesu christi filij dei: sicut scriptū est in Esaia propheta: Ecce mitto angelū meū aū faciē tuā / q pparabit viā tuā aū te. Vox M. R. clamātis L. R. i deserto: parate viā dn̄i / rectas facite semitas eius: Ois L. M. vallis implebit: t ois mōs t colt humiliabit: t erūt praua i directa / t aspa in vias planas. Et L. videbit ois caro salutare dei. Jn M. dieb⁹ aūt illis venit Joānes baptista pdicās in deserto iudee t dicens: Pniam agite: appropinqbit

Hic fuit hō missus a deo / cui nomē erat ioannes.

eīn regnū celoꝝ. Jpe M. R. aūt ioānes hēbat vestimentum de pilis camelorū / et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste t mel siluestre. Tunc exibant ad eum R. hierosolymite vniuersi / et M. omnis R. iudea / t M. omnis regio circa Jordanem: et baptizabātur ab eo in Jordane flumine R. confitentes M: R. peccata sua. Videns M. autem multos phariseoꝝ t saduceorū venientes ad baptismū suum / t turbas q exibant vt baptizarentur ab ipso / dixit M. eis: Progenies genimina L. viperarum M. L. quis ostendit L. vobis fugere a ventura ira: Facite ergo fructus dignos penitentie: et ne ceperitis L. velitis M. dicere intra vos: Patrem habemus Abraam. Dico eīn vobis / quoniā potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrae. Jam eīn securis ad radicē arboris posita est. Ois ergo arbor que nō facit fructū bonū / excidet t in ignem mittet. Et L. Interrogabāt eum turbe dicentes: Quid ergo faciemus? Respondēs aūt dicebat illis: Qui habet duas tunicas / det vnā nō habenti: t qui habet escas / silr faciat. Venerunt autē et publicani vt baptizarent / t dixerunt ad illū: Magister quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius q quod constitutū est vobis faciatis. Jnterrogabant autē eum et milites dicentes: Quid faciemus t nos? Et ait illis: Neminē cōcutiatis neq; calumniā faciatis: et contenti estote stipendijs vestris. Existimante autē populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joāne / ne forte ipse esset christus. Respōdit Joānes dicēs omnibus: Ego M. quidē L. R. aqua baptizo vos in pniaz M. Qui aūt post me venturus est / fortior me est: cuius nō sum dignus calciamenta portare / et R. procumbens soluere R. L. corrigiā calciamentorū eius. Jpse M. vos R. L. baptizabit in spūsancto et R. igne L. cuius M. L. ventilabrū in manu eius: t permundabit t purgabit. L. aream suam: et congregabit triticū in horreum suum: paleas autē comburet igne inextinguibili. Multa L. quidē t alia exhortans euāgelizabat populo. Et factum R. est in diebus illis: venit Jesus a Nazareth galilee in iordanem M. ad Joannem vt baptizaretur ab eo. Joannes autē prohibebat eū dicens: Ego a te debeo baptizari / et tu venis ad me. Respondens autem Jesus dixit ei. L. Sine modo: Sic eīn decet nos adimplere omnē iusticiam. Tunc dimisit eū. Factū L. est aūt dū baptizaretur oīs populus: et iesu baptizato a Joanne in iordane. R. confestim. M. ascēdit de aqua. Et L: eo orāte: ecce M. aperti sunt celi: t vidit R. celos apertos / t spiritum sanctum dei M. corporali L: specie descendentē M. sicut columbā: et venientem super se t manentē R. in ipso: et M. ecce vox de celis facta R. L. est dicens. M. Hic est filius meus dilectus / in quo mihi complacui. Tu R. L. es filius meus dilectus: in te L. complacuit mihi.

De genealogia Christi

Scdm̄ Lucam. L 3 Capitulū. xiij.

Et ipse iesus erat incipiēs q̄si annoꝝ triginta vt putabat̃ filius ioseph: ꝙ fuit beli: ꝙ fuit mathat: ꝙ fuit leui ꝙ fuit melchi: ꝙ fuit iamne: ꝙ fuit ioseph: qui fuit matathie: ꝙ fuit amos: ꝙ fuit naum: ꝙ fuit hesli: ꝙ fuit nagge: ꝙ fuit maath: ꝙ fuit matathie: ꝙ fuit semei: ꝙ fuit ioseph: ꝙ fuit iuda: ꝙ fuit ioanna: qui fuit resa: ꝙ fuit zorobabel: qui fuit salathiel: qui fuit neri: qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit thosan: qui fuit elmedan: ꝙ fuit her ꝙ fuit iesu: ꝙ fuit beliezer: ꝙ fuit iorim: qui fuit mathar: ꝙ fuit leui: ꝙ fuit symeō: ꝙ fuit iuda: ꝙ fuit ioseph: qui fuit iona: ꝙ fuit elyachim: ꝙ fuit melcha ꝙ fuit menna: qui fuit mathatha: qui fuit nathan qui fuit dauid: ꝙ fuit iesse: ꝙ fuit obeth: ꝙ fuit booz ꝙ fuit salmon: ꝙ fuit naason: ꝙ fuit aminadab: qui fuit aram: ꝙ fuit esrom: ꝙ fuit phares: ꝙ fuit iude: ꝙ fuit iacob: ꝙ fuit isaac: ꝙ fuit abrae: ꝙ fuit thare: ꝙ fuit nachor: ꝙ fuit saruch: ꝙ fuit ragau: ꝙ fuit phalech: ꝙ fuit heber: qui fuit sale: qui fuit caynā: ꝙ fuit arphaxat: qui fuit sem: ꝙ fuit noe: ꝙ fuit lamech qui fuit matusalem: qui fuit enoch: qui fuit iareth qui fuit malaleel: qui fuit caynan: ꝙ fuit enos: ꝙ fuit seth: qui fuit adā/qui fuit dei.

Quō Joseph duos hz patres. s. heli legalem/ et iacob carnalez: quere in postillis.

De ieiunio christi ꝛ tentatione. M. iiij. R. i. L. iiij. Capitulū xiiij

IEsus aūt plenus spūsancto/egressus est a iordane: ꝛ statim R. spūs expulit eū in desertū: ductꝰ M. a spū in desertū/vt tēptaret̃ a diabolo. Et agebat̃ L. a spū i desertū. Et erat R.: in deserto q̄draginta diebus ꝛ q̄draginta noctibꝰ ꝛ tētabat̃ a sathana: ꝛ L. nihil manducauit in illis diebus. Eratq; R. cum bestijs Et M. cū ieiunasset q̄dragita diebꝰ ꝛ q̄draginta noctibus: ꝯsummatis illis postea M. esuriit. L. Et accedens M. tentator diabolus L. dixit M. L. illi: Si filius dei es/dic M. vt lapides isti panes fiant. Dic L. lapidi huic vt panis fiat. Et M. r̄ndit ad illū iesus. Scriptū est enī/qꝛ non in solo pane viuit hō/sed in omni verbo dei L. qꝺ pcedit M. de ore dei. Tunc assumpsit illū diabolus in sanctā ciuitatē: ꝛ duxit L. illū in hierusalē: et M. statuit L. illū supra pinnaculū tēpli/et dixit illi: Si filius dei es/mitte te deorsum. Scriptū est enī: quia angelis suis mandauit de te/vt ꝯseruent L. te: ꝛ quia in manibus M. tollēt te/ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Jesus: rursum scriptū est: Nō tentabis dn̄m deū tuū. Et reduxit L. eū diabolus. Et M. iterū assumpsit eū in montē excelsuz valde: ꝛ ostēdit ei oīa regna mūdi orbis L. terre in momēto tpis/ꝛ gloriā. M. eoꝝ/ꝛ ait L. M. ei. Tibi L. potestatē dabo hāc vniuersā ꝛ gloriā M. eoꝝ: qꝛ mihi tradita sunt/et cui volo do illa. Hec M. oīa tibi dabo/ꝛ erūt tua oīa/si M. cadēs L. adoraueris me. Tunc dixit illi iesus: Vade M. sathana. Scriptū M. L. est enī: Dn̄m deum tuū adorabis/ꝛ illi soli seruies. Et consūmata R. omni tētatione diabolus recessit ab eo vsq; ad tps. Et reliquit M. eū: ꝛ ecce angeli accesserunt ꝛ ministrabant M. R. illi. Et regressus est iesus in virtute spūs in galileā.

Scdm narrationē luce mattheus hic preoccupat: ꝛ incertum est quis fuerit ordo rei geste: vide in postillis.

De testimonijs Joannis de christo. Joan. i. Capitulu xv

IOannes testimoniū phibet de ipo/ꝛ clamat dicens: Hic erat quē dixi: Qui post me venturꝰ est/añ me factꝰ est: ꝙ prior me erat. Et d̄ plenitudīe eiꝰ nos oēs accepimꝰ grāz p grā. Quia lex p moysen data est/grā et veritas p iesū christū facta ē. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitꝰ dei filius q̄ ē in sinu pr̄is ipe enarrauit. Et h̄ est testimoniū ioānis/qū miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes ꝛ leuitas ad eū/vt interrogarent eū: Tu quis es? Et cōfessus est ꝛ nō negauit. Et ꝯfessus est/qꝛ nō sum ego christus. Et interrogauerūt eū/q̄d ergo? Helias es tu? Et dixit/ nō sū Propheta es tu? Et r̄ndit/non. Et interrogauerunt eū: Quis es vt r̄nsum demus his ꝙ miserunt nos? Quid dicis de teipo? ait: Ego vox clamātis in deserto: dirigite viā dn̄i/sicē dixit Esaias ppheta. Et ꝙ missi fuerāt/erāt ex phariseis. Et interrogauerūt ꝛ dixerūt ei: Quid ḡ baptizas si tu non es christꝰ neq; Helias neq; ppheta? R̄ndit Joānes dicēs eis: Ego baptizo in aq̄: medius aūt vestrū stetit quē vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est/qui ante me factus est: cuiꝰ nō sum dignus vt soluā eius corrigiā calciamenti. Hec in bethania facta sunt trās iordanē/vbi erat ioānes baptizans. Altera die vidit ioannes iesum ad se venientem/ꝛ ait: Ecce agnus dei/ ecce qui tollit peccata mūdi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir/qui ante me factus est/qui prior me erat/et ego nesciebam eū: sed vt manifestaret̃ in israel. Propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniū phibuit Joannes dicens: Quia vidi spiritū descēdentē quasi columbā de celo/ꝛ mansit super eum/ꝛ ego nesciebā eū: sed qui misit me in aqua baptizare/ille mihi dixit: Super quē videris spiritū descēdentē ꝛ manentē super eū/hic est qui baptizat i spiritusancto. Et ego vidi et testimoniū perhibui/qꝛ hic est filius dei.

Pluries ibi venit

De vocatione Andree: petri/philippi ꝛ nathanael. Joan. i. Cap. xvi.

Altera aūt die stabat iterū ioānes ꝛ ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulātē dixit: Ecce agnus dei. Et audierunt eū duo discipuli loquentē: ꝛ secuti sunt iesum. Cōuersus aūt iesus vidēs eos sequētes se/dixit eis: Quē queritis? Qui dixerūt: Rabbi: quod dicit̃ interptatū magister: vbi habitas? Dicit eis Uenite ꝛ videte. Uenerūt ꝛ viderūt vbi maneret. Et apud eū manserunt illo die. Hora aūt erat q̄si decima. Erat autē Andreas frater simonis petri vnꝰ ex duobus ꝙ audierat a ioāne: et secuti fuerāt

dā. Inuenit hic primū fratrē suū simonē: ⁊ dixit ei: Inuenimus messiā: qđ est interpretatū christus: et adduxit eū ad iesum. Intuitus autē eū iesus dixit Tu es simō filius ioāna: tu vocaberis Cephas: qđ interptaē petrus. In crastinū voluit exire i galileā: ⁊ inuenit philippum. Et dicit ei iesus: Seq̄re me Erat aūt philippus a bethsaida ciuitate andree ⁊ petri. Inuenit philippus nathanael ⁊ dicit: Quē scripsit moyses in lege ⁊ pphete: inuenimus iesū filiū ioseph a nazareth. Et dicit nathanael: A nazareth pōt aliq̄d boni esse? Dicit ei philippus: Ueni ⁊ vide. Uidit iesus nathanael venientē ad se: et dicit d̄ eo: Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Dicit ei nathanael: Unā me nosti? Rn̄dit iesus ⁊ dixit ei: Priusq̄ te philippus vocaret cū esses sub ficu vidi te. Rn̄dit ei nathanael ⁊ dixit: Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel. Rn̄dit Iesus et dixit ei: Quia dixi tibi: vidi te sub ficu: credis: maius his videbis. Et dicit eis: Amē amen dico vobis: videbitis celū apertū: ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendentes super filium hominis.

De mutatiōe aque in vinū

Joannis. ij. Capitulum. xvij.

Et tertia die nuptie facte sunt i chana galilee. ⁊ erat mater iesu ibi. Uocatus ē autē iesus ⁊ discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dixit mater Iesu ad eū. Uinū nō habēt. Et dixit ei iesus: Quid mihi ⁊ tibi est mulier? nondū venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcūq̄ dixerit vobis facite. Erant aūt ibi lapidee hydrie sex posite s̄m purificationē iudeorū: capientes singule metretas binas vel trinas. Dicit eis iesus: Implete hydrias aqua: ⁊ impleuerunt eas vsq̄ ad summū. Et dicit eis Iesus: Haurite nūc: ⁊ ferte architriclino: et tulerunt. Ut autē gustauit architriclinus aquā vinū factum: et nō sciebat vnde esset: ministri aūt sciebant q̄ hauserant aquam. Uocat sponsum architriclinus: et dicit ei: Ois hō primū bonū vinū ponit: ⁊ cū inebriati fuerint: tunc id qđ deterius est: tu aūt seruasti vinū bonū vsq̄ adhuc. Hoc fecit initiū signorū iesus in chana galilee: ⁊ manifestauit gloriā suam ⁊ crediderunt in eum discipuli eius.

De primo aduentu eius

ad pascha: Et soluite tēplū h̄: Joā. ij. Ca. xviij.

Et venit bethsaida: et adducunt ei cecū: et rogabant eū vt illū tangeret: et apphensa manu ceci educit eū extra vicū expuens in oculos eius/ impositis manibus suis interrogauit eū si quid videret: et aspiciēs ait: Video hoīes velut arbores ambulantes. Deinde iterū imposuit manus sup oculos eius: et cepit videre: et restitut⁹ est ita vt clare videret oīa: et misit illum in domū suam/ dicens: Vade in domū tuam. Et si in vicum introieris nemini dixeris.

De interrogatione christi quē me dicunt hoīes esse. M. xvi. R. viij. L. ix. Capitulū. lxxiij.

Et ingressus R. est iesus et discipuli ei⁹ in castella. Venit autē in partes cesaree philippi. Et factū L. est cū solus esset orans et discipuli eius cū eo: et R. in via M. interrogabat discipulos suos/ dicēs: Quem R. dicūt hoīes esse filiū hoīs. Quē L. me esse dicūt turbe? qui rn̄derunt illi/ dicētes: Alij M. Joannē baptistā/ alij heliā/ alij vo hieremiā/ alij R. quasi vnū de pphetis/ alij L. qꝛ ppheta vn⁹ de priorib⁹ surrexit. Tūc R. dixit illis iesus: Vos M. aūt quē me eē dicitis? Rn̄dens simon petrus dixit: Tu es christ⁹ filius dei viui. Rn̄dens autē iesus dixit ei: Beatus es simon bariona: qꝛ caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pater me⁹ qui est in celis. Et ego dico tibi: qꝛ tu es petrus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā: et porte inferi nō ꝑualebunt aduersus eā: et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcūqȝ ligaueris sup terrā/ erit ligatū et in celis: et quodcūqȝ solueris super terrā: erit solutū et in celis. At L. ille increpās eos cōminatus R. est eis et ꝓcepit M. discipulis vt nemini dicerēt de R. illo ꝙ ipse esset christ⁹. Exinde cepit iesus docere R. eos et ostēdere M. discipulis suis: qꝛ oporteret eū ire hierosolymā et multa pati: et R. reprobari L. a R. summis senioribus/ a scribis M. et principib⁹ sacerdotū/ et occidi et tertia die resurgere: et R. palā verbū loq̄batur/ et assumēs M. eū petrus cepit illū increpare/ dicēs: Absit a te. Nō erit tibi hoc qui R. cōuersus vidēs discipulos cōminat⁹ est petro/ dicens: Vade retro post M. me sathana/ scandalū es mihi: qꝛ non sapis ea q̄ dei sunt/ sed ea q̄ hominū.

De cruce baiulanda post christū M. xvi. R. viij. Et consonat L. infra. xiiij. et Luce. ix. Ca. lxxiiij.

Et vocata R. turba cū discipulis suis dicebat ad oēs: Si quis vult post me venire: et R. me sequi abneget M. L. semetipm et tollat crucē suam et sequat̄ me. Qui M. em̄ voluerit L. animā suā saluā facere pdet eā. Qui autē pdiderit aīam suā ppter me et euangeliū/ saluā faciet eā et inueniet M. eā. Quid em̄ pdest hoī si vniuersum mundū lucret̄/ aīe vo sue detrimentū patiat̄: semetipsum L. pdat et detrimentū sui faciat? Aut M. R. quā dabit homo cōmunicationem pro aīa sua. Filius M. em̄ hoīs vēturus est in gloria patris sui cū angelis suis: et tunc reddet vnicuiqȝ sm̄ opa sua. Qui R. em̄ me ꝯfessus fuerit et verba mea in generatione ista adultera et peccatrice: et fili⁹ hominis ꝯfitebit̄ eū cū venerit in gloria patris sui cū angelis suis. Nā L. qui erubuerit me et sermones meos hūc fili⁹ hoīs erubescet cū venerit in maiestate sua et patris et sctōꝝ angeloꝝ. Et R. dicebat L. illis: Amen vere L. dico vobis: Sunt M. quidā R. L. de hic stantib⁹ qui nō gustabūt mortē donec videāt regnū R. dei venientis in virtute: filiū M. hoīs venientē in regno patris sui.

De transfiguratiōe domini M. xvij. R. ix. L. ix. Ca. lxxv.

Factum L. est autē post hec verba fere dies octo post M. dies R. sex. Assumpsit iesus iterū petrū/ iacobū et ioannē frēm eius et duxit illos in montē excelsū seorsum solos R. vt oraret L. et transfiguratus M. est ante illos. Et L. facta est dū oraret species vultus eius altera et resplendunt M. facies ei⁹ sicut sol:

Regula tyconij de tēporib⁹ hic hʒ locū. Marcus em̄ nō noiat pmū et vltimū diem: qꝛ fuerūt impfecti.

vestimēta aūt eius facta sunt alba et cādida/ splēdida R. nimis velut nix: et q̄lia fullo nō pōt candida facere sup terrā. Et M. ecce duo L. viri apparuerūt M. eis moyses et helias cū eo loquētes visi L. in maiestate: et dicebant excessum eius quē cōpleturus erat in hierusalē. Petrus vo et qui cū illo erāt grauati erāt somno. Et euigilantes viderūt maiestatē eius: et duos viros q̄ stabant cū illo: et factum est dū descēderet ab illo. Respōdens M. petrus dixit ad iesum: Dn̄e preceptor L. Rabbi R. bonū M. est R. nos L. hic esse: si vis M. faciamus hic tria tabernacula/ tibi vnū/ moysi vnū/ et helie vnū. Non R. em̄ sciebat quid diceret. Erant em̄ timore exterriti. Adhuc L. autē illo loquente: ecce M. nubes lucida obumbrauit eos et timuerūt L. illis in nubem intrantibus: et M. ecce venit vox R. de nube di. Hic est filius meus dilectus M. charissimus R. in quo M. mihi bene placui: ipsum audite. Et audientes discipuli eius ceciderūt in faciem suam et timuerunt valde: et accessit Jesus et tetigit eos/ dixitqȝ eis: Surgite/ nolite timere: et L. dum fieret vox leuātes M. oculos et circūspiciētes R.

neminē M. viderūt amplius R. nisi iesum tm̄ secū ꝛ inuētus L. est iesus solus. Et M. descēdentibus L. illis de mōte p̄cepit illis iesus/ dicens: Nemini dixeritis visionē donec filius hoīs a morte resurgat: ꝛ R. verbum ꝯtinuerunt apud se conquirentes q̄d esset cū a mortuis resurrexerit. Et tacuerūt L. ipsi: ꝛ nemini dixerunt in illis dieb⁹ q̄cq̄ ex illis q̄ viderāt: ꝛ interrogauerūt M. eū discipli ei⁹ ꝛ dicebant: Quid ergo dicūt scribe ꝛ p̄hari sei R. qr heliā oportet venire primū. Qui r̄ndēs ait illis: Helias M. q̄dē venturus est. Et venerit R. primo restituet oīa: ꝛ quō scriptū est in filiū hoīs vt multa patiat̄ ꝛ ꝯtēnat̄. Dico M. aūt vobis: qr helias iā venit ꝛ nō cognouerūt eū: sed fecerūt in eo q̄cūq̄ voluerūt: sicut R. scriptū est de eo: sic M. ꝛ filius hoīs passur⁹ est ab eis. Tūc intellexerunt discipuli/ qr de ioāne baptista dixisset eis.

De spū muto quē nō potuerunt curare discipuli christi. M. xvij. R. ix. L. ix.

¶ Capl̄m. lxxvj.

Factum L. est aūt in seq̄nti die descēdentibus illis de mōte: ꝛ veniēs R. ad discipulos suos/ occurrit illis turba multa: et R. vidit turbā magnā circa eos ꝛ scribas cōquirētes cū illis: ꝛ cōfestim oīs ppl's vidēs iesum stupefact⁹ est ꝛ expauerūt: ꝛ M. cū venisset ad turbā occurrētes R. salutabāt eū ꝛ interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? Et L. ecce respondēs R. vir L. vnus R. de turba/ accessit M. ad eū genibus ꝓuolutus ante eū clamauit L. dicēs: Magr̄ R. attuli ad te filiū meū huc habentē spm̄ mutū: q̄ vbicūq̄ app̄hēderit eū/ illidit eū: ꝛ spumat ꝛ stridet dentibus ꝛ arescit. Dn̄e M. miserere filio meo: qr lunatic⁹ est ꝛ male patit̄. Nā sepe cadit in ignez ꝛ crebro in aquā. Magr̄ L. obsecro respice filium meū: qr vnicus mihi est. Et ecce spūs app̄hēdit illū: ꝛ subito clamat ꝛ elidit ꝛ dissipat eū cū spumat: ꝛ vix discedit dilaniās eū ꝛ obtuli M. eū discipulis tuis: rogaui L. ꝛ dixi R. vt eijcerent eū: ꝛ nō potuerūt curare M. eū. R̄ndens iesus ait: O generatio incredula/ infidelis L. ꝛ ꝑuersa/ vsq̄quo ero apud vos ꝛ vobiscū M. q̄diu vos R. patiar. Afferte M. huc illū ad me: adduc L. huc filiū tuum. Et R. attulerunt eū: ꝛ L. cū accederet ꝛ vidisset. R illū statim spūs turbauit illū ꝛ elisit L. eū demonium ꝛ dissipauit: ꝛ R. elisus i terrā voluta bat̄ spumans: ꝛ interrogauit patrē q̄ntū tp̄is est: ex quo ei hoc accidit. Et ille dixit: Ab infantia/ ꝛ frequenter eū in ignē ꝛ in aquā misit vt eū pderet: sed ꝛ si quid potes adiuua nos misertus nostri: iesus aūt ait illi: Si potes credere: oīa possibilia sunt credenti: et cōtinuo exclamās pater pueri cum lachrymis aiebat: Credo dn̄e/ adiuua incredulitatē meā. Et cuz vidisset iesus cōcurrentē turbā/ cōminat⁹ est spiritui imūdo ꝛ increpauit M. L. eū iesus/ dicēs R. Surde ꝛ mute spūs. Ego p̄cipio tibi/ exi ab eo: et ampli⁹ ne introeas in eū: ꝛ exclamās ꝛ multū discerpēs eū exijt ab eo demoniū M. ꝛ fact⁹ R. est sicut mortu⁹: vt multi dicerēt/ qr mortu⁹ esset. Jesus autē tenēs manū ei⁹ eleuauit eū ꝛ surrexit: ꝛ curatus M. est puer: in illa hora sanatus L. puer: ꝛ reddidit illū patri suo. Stupebāt aūt oēs in magnitudine dei/ oībusq̄ mirātib⁹ in oīb⁹ que faciebat dixit ad discipulos suos: Ponite in cordib⁹ vestris sermones istos. Filius eñ hoīs futurū est vt tradat̄ in manus hoīm: ꝛ R. cū introissent domū discipuli ei⁹ accesserūt M. ad eū secreto/ ꝛ dixerūt ei: Quare nos nō potuim⁹ curare eū. Dixit illis iesus propter incredulitatē vestrā. Amē dico vobis: si habueritis fidē sicut granū sinapis: dicetis monti huic transi hinc ꝛ transibit: ꝛ nihil impossibile erit vobis. Hoc R. aūt genus in nullo pōt exire/ nisi in oratione ꝛ ieiunio.

De scēnophegia ꝛ predicatione passiōis christi. M. xvij. R. ix. L. ix. J. vij.

¶ Capitulū. lxxvij

Et R. inde pfecti p̄tergrediebāt̄: ꝛ J. ambulabat post h̄ iesus i galileā: nec R. volebat quēq̄ scire. Nō Jo. eñ volebat ambulare in iudeā: qr q̄rebāt eū iudei interficere. Erat eñ i ꝓxio dies fest⁹ iudeoꝝ scenophegia. Dixerūt aūt ad eū frēs ei⁹: Trāsi hinc ꝛ vade i iudeā/ vt ꝛ discipuli tui videāt opa q̄ tu facis. Nemo q̄ppe in occulto aliq̄d facit: ꝛ q̄rit ip̄e in palam esse si h̄ facis manifesta teip̄m mūdo. Nec eñ frēs ei⁹ credebāt i eū. Dixit ḡ eis iesus: Tēp⁹ meū nōdū aduenit: tp̄s aūt vr̄m semꝑ est paratū. Non pōt mūd⁹ odisse vos/ me aūt odit: qr testimoniū perhibeo de illo: qr opa ei⁹ mala sunt. Uos ascēdite ad diē festū hūc: ego aūt nō ascēdā ad diē festū istum: qr tp̄s meū nōdū impletū est. Hec cū dixisset ipse māsit in galilea. Cōuersantib⁹ M. aūt eis in galilea docebat R. discipulos suos: ꝛ M. dixit R. illis iesus: Fili⁹ hoīs tradēd⁹ est in man⁹ hoīm ꝛ occidēt eū: ꝛ occisus R. Tertia die resurget: at L. illi ignorabāt ꝟbū istud: ꝛ erat velatū aū eos/ vt nō sentirēt illud: ꝛ L. Timebāt R. eū interrogare de h̄ ꝟbo: ꝛ ꝯtristati M. sunt vehemēter. Ut J. autez ascēderūt frēs ei⁹/ tūc ꝛ ip̄e ascēdit ad diē festū: non manifeste/ sed q̄si in occulto. Judei ḡ q̄rebāt eū in die festo ꝛ dicebāt: Ubi est ille? ꝛ murmur multum erat de illo in turba. Quidā eñ dicebāt: qr bonus est. Alij aūt dicebāt/ nō: sed seducit turbas. Nemo tm̄ palā loq̄bat̄ de eo ꝓpter metū iudeoꝝ. Jā autē die festo mediāte ascēdit iesus in tēplū ꝛ docebat ꝛ mirabāt̄ iudei/ dicētes: Quō hic lr̄as scit cū non didicerit? R̄ndit eis iesus ꝛ dixit: Mea doctrina nō est mea/ sed ei⁹ q̄ misit me. Si q̄s voluerit volūtatē ei⁹ facere cognoscet de doctrina vtrū ex deo sit: an ego a meip̄o loq̄r. Qui a semetip̄o loquit̄/ gloriaz ꝓpriā q̄rit. Qui aūt q̄rit gloriā eius q̄ misit illum hic verax est/ ꝛ iniusticia in illo nō est. Nōne moyses dedit vobis legē: ꝛ nemo ex vobis facit legez? Quid me q̄ritis interficere? R̄ndit ei turba et dixit: Demoniū habes: quis te q̄rit interficere? Respōdit iesus ꝛ dixit iesus: Unū op⁹ feci ꝛ oēs miramini: ꝓpterea moyses dedit vobis circūcisionem: nō qr ex moyse est/ sed ex p̄rib⁹: ꝛ in sabbato circūciditis hoīem. Si circūcisionē accipit hō in sabbato vt nō soluat̄ lex moysi: mihi cur indignamini?

qꝛ totũ hoĩem sanũ feci in sabbato? Nolite iudicare ẜm faciẽ: sed iustũ iudiciũ iudicare. Dicebant ergo quidã ex hierosolymis: Nõne hic est quẽ q̃runt interficere? Ecce palã loquit̃: ⁊ nihil ei dicũt. Nunquid vere cognouerũt principes qꝛ hic est christ⁹: sed nũc scimus vnde sit: christus aũt cũ venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ẽ docẽs in tẽplo iesus/ ⁊ dicẽs: Et me scitis/ ⁊ vnde sim scitis: ⁊ a meipso nõ veni: sed est verus q̃ misit me quẽ vos nescitis. Ego aũt scio eũ: ⁊ si dixero qꝛ nescio eũ/ erõ similis vobis mẽdax: sed scio eũ: qꝛ ab ipso sum/ ⁊ ipse me misit. Querebãt ẽ eũ apphẽdere/ ⁊ nemo misit in illũ man⁹: qꝛ nõdũ venerat hora ei⁹. De turba autẽ multi crediderũt in eũ/ ⁊ dicebãt: christ⁹ cũ venerit nunq̃d plura signa faciet/ q̃ꝫ q̃ hic facit? Audierunt pharisei turbã murmurantẽ de illo hec. Et miserũt pharisei ⁊ p̃ncipes ministros vt apprehenderẽt eũ. Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicũ tẽpus vobiscũ sum/ ⁊ vado ad eũ q̃ misit me: q̃retis me ⁊ nõ inuenietis: ⁊ vbi sũ ego/ vos nõ potestis venire. Dixerunt ẽ iudei ad seip̃os: Quo hic iturus est: quia nõ inueniemus eũ? Nunq̃d in dispersionẽ gentiũ iturus est ⁊ docturus gentes? Quis est hic sermo quẽ dixit? Queretis me ⁊ nõ inuenietis: ⁊ vbi sum ego/ vos nõ potestis venire. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat/ dicens: Si q̃s sitit/ veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc aũt dixit de spũ quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Nondũ eñ erat spũs datus: qꝛ iesus nondum fuerat glorificatus. Ex illa ẽ turba cũ audissent hos sermones eius dicebãt: Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebãt: Hic est christ⁹. Quidã aũt dicebãt: Nunq̃d a galilea christus venit? Nõne scriptura dicit: qꝛ ex semiẽ dauid ⁊ de bethleem castello vbi erat dauid venit christ⁹? Dissensio itaq; facta est in turba ꝓpter eũ. Quidã autem ex ipsis volebant apprehendere eũ: sed nemo misit sup̃ illũ manus. Venerũt ergo ministri ad pontifices ⁊ phariseos: ⁊ dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum? R̃ñderũt isti: Nunq̃ꝫ sic locutus est hõ/ sicut hic hõ loquit̃. R̃ñderũt ergo eis pharisei Nunq̃d ⁊ vos seducti estis? Nunq̃d aliq̃s ex p̃ncipibus ⁊ phariseis credit in eum: sed turba hec que non nouit legem maledicti sunt? Dixit Nicodemus ad eos: Ille qui venit ad eũ nocte/ q̃ vnus erat ex ipsis: Nũq̃d lex nostra iudicat hominẽ: nisi audierit ab ip̃o p̃us ⁊ cognouerit quid faciat? R̃ñderũt ⁊ dixerũt ei: Nunq̃d ⁊ tu galileus es? Scrutare scripturas ⁊ vide qꝛ ꝓpheta a galilea nõ surgit. Et reuersi sũt vnusquisq; in domum suam

Nota q̃ꝫ nicodem⁹ iam venerat

De muliere dep̃rehẽsa in adulterio. J. viij

¶ Capl̃m lxxviij

IEsus aũt p̃rexit in montem oliueti ⁊ diluculo iterũ venit in templũ: ⁊ oĩs pp̃ls venit ad eum/ ⁊ sedens docebat eos. Adducunt aũt scribe ⁊ pharisei mulierẽ in adulterio dep̃rehensam/ ⁊ statuerunt eam in medio/ ⁊ dixerunt ei: Magister hec mulier mõdo dep̃rehensa est in adulterio? In lege aũt mandauit nobis moẏses huiusmodi lapidare: tu ergo quid dicis? Hec aũt dicebant tentantes eũ vt possent accusare eũ. Jesus autẽ inclinans se deorsum/ digito scribebat in terra. Cũ autem perseuerarẽt interrogantes eũ/ erexit se ⁊ dixit eis: Qui sine pcto [illegible] vestrũ est/ primus in illaꝫ lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinans scribebat in terra. Audientes aũt hec/ vnus post vnũ exibat/ incipientes a senioribus: ⁊ remansit solus: ⁊ mulier in medio stans. Erigens aũt se iesus/ dixit ei: Mulier vbi sunt q̃ te accusabant? Nemo te condemnauit. Que dixit: Nemo dñe. Dixit autẽ Jesus: Nec ego te ꝯdẽnabo: vade ⁊ amplius noli peccare

De verbis christi in gazophilatio. Joã. viij

¶ Capl̃m lxxix

ITerum ergo locutus est iesus/ dicẽs: Ego sũ lux mũdi: qui sequit̃ me/ nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Dixerunt ergo ei pharisei: Tu de teip̃o testimoniũ p̃hibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Respondit iesus ⁊ dixit eis Et si ego testimoniũ p̃hibeo de meipso/ verũ est testimonium meum: quia scio vnde venio et quo vado: vos autem nescitis vnde veni aut quo vado. Vos ẜm carnẽ iudicatis: ego aũt non iudico quẽq̃ꝫ: ⁊ si iudico ego/ iudiciũ meũ verũ est: qꝛ solus nõ sum: sed ego ⁊ qui misit me pater: ⁊ in lege vr̃a scriptum est: quia duorũ hoĩm testimoniũ verum est. Ego sum qui testimoniũ p̃hibeo de meipso: ⁊ testimoniũ p̃hibet de me qui me misit pater. Dicebãt ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit iesus: Neq; me scitis neq; patrẽ meũ. Si me sciretis/ forsitã ⁊ patrẽ meũ sciretis. Hec verba locutus est in gazophilatio docens in templo/ ⁊ nemo apprehẽdit eũ: qꝛ nondũ venerat hora eius.

De alio sermone christi ꝓpter quẽ voluerũt iudei eũ lapidare. Joã. viij.

¶ Capl̃m. lxxx

DIxit ergo iterũ eis: Ego vado ⁊ queretis me/ ⁊ in pctõ vestro moriemini: quo ego vado/ vos nõ potestis venire. Dicebant ergo iudei: Nunq̃d interficiet semetip̃m: qꝛ dixit: quo ego vado/ vos nõ potestis venire. Et dicebat eis: Vos deorsum estis: ego de sup̃i⁹ sum. Vos de mũdo hoc estis: ego nõ sum de mũdo hoc. Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini in pctis vestris. Si eñ nõ credideritis qꝛ ego sum/ moriemini in peccato vestro. Dixerunt ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principiũ qui ⁊ loquor vobis: multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui me misit/ verax ẽ ⁊ ego q̃ audiui ab eo/ hec loquor in mũdo: ⁊ nõ cognouerũt/ qꝛ patrẽ eius dicebat deum. Dixit ergo eis iesus: Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs tũc cognoscetis qꝛ ego ipse sum: ⁊ a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater/ hec loquor: ⁊ qui misit me/ mecuꝫ est: ⁊ nõ reliquit me solũ: qꝛ q̃ placita sunt ei/ facio semp̃. Hec illo loquẽte multi crediderũt in eũ. Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderũt ei iudeos: Si vos mãseritis in sermone meo/ vere discipuli

mei eritis: ꝛ cognoscetis vitatē: ꝛ vitas liberabit
vos. Rñderūt ei: Semē abrae sumus ꝛ nemini ser
uiuim⁹ vnq̄: quō tu dicis/liberi eritis? Respōdit
eis iesus: Amen amen dico vobis: qꝛ oīs qui facit
pctm̄/seruus est pcti: seruus aūt nō manet i domo
in eternū/filius manet in eternū. Si ḡ filius vos li
berabit vere liberi eritis: scio qꝛ filij abrae estis/sed
queritis me interficere: qꝛ sermo me⁹ nō capit i vo
bis. Ego qḋ vidi apud patrē/loquor ꝛ vos q̄ vidi-
stis apud patrē vestrū faciatis. Rñderunt ꝛ dixe-
rūt ei: Pater noster abraā est. Dicit eis iesus: Si
filij abrae estis/opa abrae facite. Nūc autē queri-
tis me interficere hoiem q̄ veritatē voƀ locut⁹ sū
quā audiui a deo/hoc abraā nō fecit. Vos facitis
opa patris vestri. Dixerūt ḡ ei: Nos ex fornicatio
ne nō sumus nati: vnū patrē habem⁹ deū. Dixit ḡ
eis iesus: Si deus pater vester esset diligeretis vti
qꝫ me. Ego em̄ ex deo pcessi ꝛ veni: neqꝫ em̄ a me-
ipso veni/sed ille me misit: quare loquelā meā non
cognoscitis: qꝛ non potestis audire sermonē meū.
Vos ex patre diabolo estis: ꝛ desyderia patris ve-
stri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et
in veritate nō stetit: qꝛ nō est veritas i eo: cū loqui
tur mēdaciū/ex ppriꝭ loquit: qꝛ mēdax est ꝛ pater
eius. Ego autē qꝛ veritatē dico/nō creditis mihi.
Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatē di-
co/quare nō creditis mihi. Qui ex deo est/verba
dei audit: ppterea vos nō auditis: qꝛ ex deo non
estis. Rñderunt ḡ iudei ꝛ dixerūt ei: Nōne bene di
cim⁹ nos: qꝛ samaritan⁹ es tu/ꝛ demoniū habes?
Rñdit iesus: Ego demoniū non habeo/sꝫ hono
rifico patrē meū ꝛ vos inhonorastis me. Ego aūt
nō quero gloriā meā: est q̄ querat ꝛ iudicet. Amen
amē dico vobis: Si quis sermonē meū seruauerit/
mortē nō videbit in eternū. Dixerūt ḡ iudei: Nūc
cognouim⁹/qꝛ demoniū habes. Abraā mortu⁹ est
ꝛ pphete/ꝛ tu dicis: si q̄s sermonē meū seruauerit
mortē nō gustabit in eternū. Nunq̄d tu maior es
patre nostro abraā q̄ mortu⁹ est? ꝛ pphete mortui
sunt: quē tu teipm̄ facis? Rñdit iesus: Si ego glo-
rifico meipsū/gloria mea nihil est. Est pater me⁹
q̄ glorificat me: quē vos dicitis/qꝛ deus nr̄ est: ꝛ nō
cognouistis eū: ego aūt noui eū. Et si dixero: qꝛ nō
scio eū/ero similis vobis mēdax: sed scio eū/ꝛ sermo-
nē eius seruo. Abraā pater vester exultauit vt vide
ret diē meū: vidit ꝛ gauisus est. Dixerūt ḡ iudei ad
eū: Quinquaginta annos nōdū habes ꝛ abraā vi
disti. Dixit ergo eis: Amē amen dico vobis anteq̄
abraā fieret ego sum. Tulerūt ḡ lapides vt iacerēt
in eū: Jesus autē abscondit se ꝛ exiuit de tēplo.

De ceco nato. J. ix.

Capitulū. lxxxi.

ET pteriens vidit hoiem cecū a natiuitate
. Et interrogauerunt eū discipuli sui: Rab
bi/quis peccauit: hic aut parentes eius vt
cec⁹ nasceret? Rñdit iesus: Neqꝫ hic peccauit/ne
qꝫ parētes eius: sed vt manifestent opa dei in illo.
Me oportet opari opa eius q̄ misit me donec di-
es est. Venit nox qñ nemo pōt opari: q̄diu sum in
mūdo/lux sum mūdi. Hoc cū dixisset expuit in ter
rā/ꝛ fecit lutū ex sputo/ꝛ liniuit lutū sup oculos ei⁹
ꝛ dixit ei: Vade ꝛ laua in natatoria syloe: qḋ inter-
pretat missus. Abijt ergo ꝛ lauit/ꝛ venit videns.
Itaqꝫ vicini ꝛ qui viderāt eū prius: qꝛ mendicus
erat/dicebāt: Nōne hic est qui sedebat ꝛ mendica
bat? Alij dicebāt: quia hic est. Alij aūt nequaq̄/sed
similis eius est. Ille vo dicebat: quia ego sum. Di
cebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?
Respōdit: Ille homo qui dicit iesus lutum fecit
ꝛ vnxit oculos meos: ꝛ dixit mihi: Vade ad nata-
toria syloe ꝛ laua: ꝛ abij ꝛ laui/ꝛ video. Dixerūt ei:
Vbi est ille? Ait: nescio. Adducunt eū ad pharise-
os qui cecus fuerat. Erat autē sabbatū quādo lu-
tum fecit iesus/ꝛ aperuit oculos eius. Iterū ergo
interrogabant eū pharisei quō vidisset. Ille autē
dixit eis: Lutum posuit mihi sup oculos ꝛ laui ꝛ vi
deo. Dicebant ergo ex phariseis quidā: Non est
hic homo a deo qui sabbatū non custodit. Alij di-
cebant: Quō potest homo peccator hec signa fa-
cere: ꝛ schisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco ite-
rū: Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos tu
os. Ille autē dixit: quia ppheta est. Non credide-
rūt ergo iudei de illo: quia cecus fuisset ꝛ vidisset:
donec vocauerūt parētes eius qui viderat: ꝛ inter
rogauerūt eos/dicentes: Hic filius vester est quē
vos dicitis: qꝛ cecus natus est: quō ergo nunc vi-
det? Responderūt ergo eis parētes eius/ꝛ dixerūt
Scimus: qꝛ hic est filius noster/et qꝛ cecus natus
est: quō autē nunc videat/nescimus: aut quis ape-
ruit oculos eius/nos nescimus: ipsum interrogate
etatē habet: ipse de se loquat. Hec dixerunt paren
tes eius: qꝛ timebant iudeos. Jam em̄ conspiraue
rant iudei: vt si quis confiteret eum esse christū: ex
tra synagogā fieret: ppterea parētes eius dixerūt:
etatē habet/ipsum interrogate. Vocauerunt ergo
rursum hominē qui cecus fuerat: ꝛ dixerūt ei: Da
gloriam deo. Nos scimus: qꝛ hic homo peccator
est. Dixit ergo ille: Si peccator est/nescio. Vnum
scio: quia cū cecus essem modo video. Dixerūt er
go illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi ocu
los? Respondit eis: Dixi vobis iam/ ꝛ audistis.
Quid iterū vultis audire: Nunq̄d ꝛ vos vultis di
scipuli eius fieri? Maledixerūt ei: ꝛ dixerūt: Tu di
scipulus illius sis: nos aūt moysi discipuli sumus.
Nos scimus: quia moysi locutus est deus. Hunc
autē nescimus vnde sit. Respondit ille homo/ꝛ di
xit eis: In hoc mirabile est: quia vos nescitis vnde
sit: ꝛ aperuit oculos meos. Scimus autē/quia pec
catores deus nō audit: sed si quis dei cultor est et
voluntatē ei⁹ facit/hūc deus exaudit. A seculo nō
est auditū: quia quis aperuit oculos ceci nati: nisi
esset hic a deo/nō poterat facere quicq̄. Respōde-
rūt ꝛ dixerunt ei: In peccatis natus es totus et tu
doces nos: ꝛ eiecerūt eū foras. Audiuit iesus quia
eiecerūt eum foras: ꝛ cū inuenisset eū/dixit ei: Tu
credis in filiū dei? Respōdit ei ꝛ dixit: quis est dñe
vt credā in eum. Dixit ei iesus: Et vidisti eū et qui
loquit tecū/ipse est. At ille ait: Credo dñe: ꝛ pcidēs
adorauit eū. Et dixit ei iesus: In iudiciū ego veni
in hūc mundū/vt qui nō vident/videāt: ꝛ qui vidēt
ceci fiant: ꝛ audierūt ex phariseis q̄ cū ipso erant ꝛ

dixerunt ei: Nunquid et nos ceci sumus? Dixit eis iesus: Si ceci essetis nō haberetis pctm̄. Nunc vero q̄r dicitis/q̄r videmus: pctm̄ vestrū manet.

De sermone christi:

Ego sum pastor bonus. Jo. x. Ca. lxxxij.

Amen amen dico vobis qui non intrat p ostiū in ouile ouiū/sed ascendit aliūde/ille fur est et latro. Qui autē intrat p ostiū/hic pastor est ouiū: huic ostiari⁹ aperit et oues vocē eius audiūt: et proprias oues vocat nominatim et educit eas: et cū proprias oues emiserit/vadit añ eas: et oues illū sequunt: q̄r sciunt vocē eius. Alienū autē non sequunt/sed fugiūt ab eo: q̄r non nouerunt vocē alienorū. Hoc prouerbiū dixit eis iesus: Illi autē nō cognouerūt quid loqueret eis. Dixit ergo eis iterū iesus: Amē amen dico vobis/q̄r ego sum ostiū ouiū. Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostiū/p me si quis introierit saluabit: et ingredieē et egredietur/et pascua inueniet. Fur autē non venit nisi vt furetur et mactet et pdat. Ego veni vt vitā habeant et abūdantius habeāt. Ego sum pastor bonus: bonus pastor dat aiam suā pro ouib⁹ suis. Mercenarius autē et qui nō est pastor/cui⁹ nō sunt oues ppric: videt lupū veniētē et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Mercenarius aūt fugit q̄r mercenari⁹ est: et non ptinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bon⁹ et cognosco oues meas/et cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem/et animā meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo q̄ non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere/et vocē meā audiēt/et fiet vnū ouile et vnus pastor: ppterea me pater diligit: q̄r ego pono animā meā et iterū sumā eam. Nemo tollet eā a me/sed ego pono eā a meipso: ptātē habeo ponēdi aiam meā: et potestatē habeo iterū sumēdi eam. Hoc mandatū accepi a patre meo. Dissentio iterū facta est inter iudeos ppt sermones hos. Dicebāt aūt multi ex his: Demoniū habet et insanit: quid eū auditis? Alij dicebāt: hec verba nō sunt demoniū habētis. Nunquid demoniū potest cecorū oculos aperire?

De solutione didragmatis. M. xvij. R. ix. Capl̄m. lxxxiij.

Et R. venerunt capharnaū/accesserūt qui didragma accipiebāt ad petrū et dixerunt ei: Magister vester nō soluit didragma. Et ait: etiā: et cū intrasset in domū/preuenit eū iesus/dicēs: Quid tibi videē Simon? Reges terre a quib⁹ accipiūt tributum vel censum/a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Et dixit ei iesus: Ergo liberi sunt filij. Ut autē non scandalizem⁹ eos: Vade ad mare et mitte hamū/et eū piscē qui p̄mus ascēderit/tolle: et aperto ore eius inuenies staterē/illum sumēs da eis p me et te.

De contentione discipulorū quis eorū videreē esse maior: et de doctrina christi M. xviij. R. ix. L. ix. Ca. lxxxiiij.

In illa M. hora intrauit L. in eos cogitatio quis eorū videreē esse maior. At iesus videns cogitatiōes cordis eorū: cū R. domi esset/interrogabat eos: quid i via tractabatis. At illi tacebant: Siquidē in via inter se disputauerāt: quis esset illorū maior. Accesserūt M. discipuli ad iesum dicentes: Quis putas maior est in regno celorū? Et R. residens vocauit duodecim: et ait illis: Si qs vult prim⁹ esse/erit omniū nouissimus/et omniū minister. Et M. aduocans iesus paruulū accipiens R. apprehēdit L. et statuit M. eū secus se in medio M. eorū. Quem R. cū complexus esset/ait illis: Amen M. dico vobis: Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnū celorū. Quicūq3 ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorū. Et qui susceperit vnum paruulū talem in nomine meo/me suscipit. Et R. quicūq3 me susceperit/non solū me suscipit sed eū qui misit me. Nam qui minor L. est inter vos omnes hic maior est. Qui M. autē scandalizauerit vnū de pusillis istis minimis qui in me credūt/expedit bonū R. est ei magis: vt M. suspendatur mola asinaria in collo eius et demergaē in profundū maris. Ue mūdo a scandalis. Necesse est em̄ vt veniāt scandala: verūtamē ve homini illi per quē scandalū venit. Si M. autē R. manus tua scādalizat te/abscide eam et proijce abs te. Bonū R. est tibi debilem vel claudū M introire in vitā/q̄ duas manus vel duos M. pedes habentē mitti et ire in gehennā ignē M. eternū inextinguibilē R. vbi vermis eorū non moritur/et ignis nō extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te/amputa illum: bonū est tibi claudū intrare in vitam eternā: q̄ duos pedes habentē/mitti in gehennā ignis inextinguibilis: vbi vermis eorū non moriē et ignis non extinguitur: et M. si oculus tuus scādalizat te/erue eū et pijce abs te. Bonū R. est tibi lusco cū M. vno oculo vitam intrare/regnū R. dei/q̄ duos oculos habentē mitti in gehennā ignis: vbi vermis eorū non moriē/et ignis non extinguiē. Omnis em̄ victima igne salietur: et omnis victima sale salietur. Bonū est sal q̄ si sal insulsū fuerit: in quo illud cōdietis? Habete in vobis salem/et pacē habete inter vos. Uidete M. ne contēnatis vnū ex his pusillis. Dico em̄ vobis: q̄r angeli eorū in celis semp vident faciē patris mei qui in celis est: venit em̄ filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videē. Si fuerit alicui centū oues/et errauerit vna ex eis: nōne relinquit nonagintanouē in desertos et vadit querere eam que errauerat. Et si contigerit/vt inueniat eā: Amen dico vobis: q̄r gaudet super eam magis q̄ sup. xcix. que nō errauerūt. Sic non est volūtas ante patrē vestrum qui in celis est vt pereat vnus de pusillis istis.

De correptione fraterna.

Mat. xviij. L. xvij. Capl̄m. lxxxv.

Attēdite vobis si M. autē peccauerit in te frater tu⁹/vade et corripe/increpa L. illū int̄ M. te et ip̄m solū. Si audierit te et

penitentiā L. egerit / dimitte illi: lucratus M. es fratrē tuū. Et L. si septies in die peccauerit in te / et septies i die ad te ɔuersus fuerit dicēs / penitet me: dimitte illi. Si M. aūt nō te audierit / adhibe tecū adhuc vnū vel duos / vt in ore duoꝝ testiū vel triū stet omne v̄bū: q̄ si nō audierit eos: dic ecclīe. Si aūt ecclīam nō audierit: sit tibi sicut ethnic⁹ et publican⁹. Amē dico vob / q̄cunq̧ alligaueritis super terrā / erūt ligata et in celis: et q̄cunq̧ solueritis sup̄ terrā / erūt soluta et in celis. Iterū dico vob / q: si duo ex vobis ɔsenserint sup̄ terrā de omni re quācunq̧ petierint / fiet illis a patre meo q̄ i celis est: vbi eīm sunt duo vel tres ɔgregati in noīe meo / ibi sum in medio eoꝝ. Tūc accedens Petr⁹ ad eū dixit: Dn̄e quotiēs peccabit in me frater me⁹ et dimittā illi: vsq̧ septies? Dixit illi iesus: Nō dico tibi vsq̧ septies / sed vsq̧ septuagiessepties.

De seruo nequā cui omne debitū dimissum fuerat. M. xviij. Ca. lxxxvi.

Ideo assimilatū est regnū celoꝝ hoī regi q̄ voluit rōnem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rōnem ponere / oblat⁹ est ei vn⁹ q̄ debebat decē milia talēta. Cū aūt nō haberet vn̄ redderet / iussit eū dn̄s venūdari et vxorē ei⁹ et filios et oīa que habebat / et reddi. Procidēs aūt seru⁹ ille rogabat eum dicens: Patientiā habe in me et oīa reddā tibi. Misert⁹ aūt dn̄s serui illi⁹ dimisit eū: et debitū dimisit ei. Egressus aūt seruus ille / inuenit vnū de ɔseruis suis q̄ debebat ei centū denarios: et tenēs suffocabat eū dicēs: Redde q̄d debes. Et pcidēs ɔseru⁹ ei⁹ rogabat eū dicēs: Patientiam habe in me / et omnia reddam tibi. Ille autē noluit: s3 abijt et misit eū in carcerē donec redderet debitū. Videntes aūt ɔserui ei⁹ q̄ fiebāt / ɔtristati sūt valde: et venerūt et narrauerūt dn̄o suo oīa q̄ facta fuerant. Tunc vocauit illum dn̄s su⁹ / et ait illi: Serue nequam / omne debitū dimisi tibi quoniā rogasti me: nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum. Et iratus dn̄s ei⁹ tradidit eum tortoribus quoadusq̧ redderet vniuersum debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis / si non remiseritis vnusquisq̧ fratri suo de cordibus vestris.

De illo qui eijciebat demonia / et nō seq̄bat̄ xp̄m. R. ix. L. ix. Ca. lxxxvij.

Respōdēs L. aūt illi R. ioānes dixit: Preceptor L. mgr̄ R. vidim⁹ q̄ndā in noīe tuo eijcientē demonia et ꝓhibuim⁹ eum: quia non sequit̄ te nobiscum. Et ait ad illos iesus: Nolite ꝓhibere. Nemo est qui faciat virtutem in noīe meo / et possit cito male loq̄ui de me. Qui R. L. eīm nō est aduersum vos / ꝓ vob ē. Quisq̄s R. vobis potū dederit calicē aque frigide i nomine meo / q: christi estis: amē dico vobis / nō ꝑdet mercedē suā.

De aduētu christi i fines iudee / et q̄ discipuli nō timeant eos q̄ occidūt corpus; nec vult christ⁹ diuidere hereditatē. M. xviij et supra. x. R. x. L. xij. Capitulum. lxxxviij.

Et M. factū L. est cū ɔsummasset sermones istos iesus / inde exurgens et migrauit M. a galilea et venit in fines iudee trans iordanē: et secute sunt eum turbe multe. Et conuenerunt R. iterum turbe ad eum et curauit M. eas ibi: et L. sicut consueuerat iterū docebat eos. Multis autem turbis circūstantibus ita vt seinuicem conculcarent: cepit dicere ad discipulos suos: Attendite a fermento phariseorum: quod est hypocrisis. Nihil autem opertum est quod non reueletur neq̧ absconditū quod non sciatur: quoniā que in tenebris dixistis / in lumine dicent̄: et quod in aure locuti estis / in cubilibus / ꝑdicabit̄ in tectis. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corpus: et post hoc nō habēt amplius q̄d faciant. Ostendam aūt vobis quē timeatis: timete eum qui postq̄ occiderit / habet potestatem mittere in gehennam. Ita vobis dico / hunc timete. Nonne q̄nq̧ passeres veneūt asse. M. dipondio L. et vn⁹ ex illis nō est in obliuione coram deo: non M. cadit R. in terram sine patris vestri voluntate? Sed et capilli capitis vestri oēs numerati sunt. Nolite ergo timere / multis passeribus meliores M. pluris L. estis vos. Dico L. autē M. vobis / q̄cunq̧ me ɔfessus fuerit coram hoībus / et filius hominis ɔfitebitur eum coram angelis dei. Qui autē negauerit me corā hoībus / denegabit̄ corā angelis dei. Et omnis qui dicit verbū in filium hoīs / remittet̄ illi: si aūt in spm̄ sctm̄ blasphemauerit / nō remittet̄ ei. Cum aūt inducent vos in synagogas et magistratus et potestates / nolite solliciti esse qualr̄ aut quid respondeatis / aut quid dicatis: spūs eīm sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autem illi quidam de turba: Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. Et dixit ei: homo quis me ɔstituit iudicē et diuisorē sup vos. Dixitq̧ ad illos: Videte et cauete ab omni auaricia: q: non in abūdātia cuiusq̄ vita eius est ex his que possidet.

De diuite habēte fructuum abūdantiā / et ne discipuli solliciti sint. L. xij. Capitulum. lxxxix.

Dixit autem similitudinē ad illos dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicēs: Quid faciā q̄ nō habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: hoc faciam: destruā horrea mea et maiora faciā: et illuc congregabo omnia q̄ nata sunt mihi et bona mea. Et dicam anime mee: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos / requiesce / comede / bibe / epulare. Dixit autem illi deus: Stulte hac nocte repetēt alam tuā a te: q̄ aūt parasti / cui⁹ erūt? Sic est qui sibi thesaurizat / et nō est in deū diues. Dixitq̧ ad discipulos suos: Ideo dico vobis / nolite solliciti eē aīe vr̄e q̄d mādu cetis neq̧ corpi vestro q̄d vestiamini: aīa eīm pl⁹ est q̄ esca / et

Multa q̄ hic ponūtur posita sunt sup̄ s[illegible] / vl' etiā i verbis i s̄mōe / l mōte.

corp⁹ plus ꝙ vestimētū. Cōsyderate coruos q: nō seminant neqꝫ metūt: qbus nō est cellariū neqꝫ horreū: ⁊ deus pascit illos: quāto magis vos estis pluris illis? Quis autem vestrum cogitās potest ad staturam suam adijcere cubitū vnū. Si ergo neqꝫ quod minimū est potestis: quid de ceteris solliciti estis? Consyderate lilia agri quomodo crescūt/ nō laborant/ neqꝫ nent. Dico aūt vobis q: nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autē fenum quod hodie in agro est/ ⁊ cras in clibanū mittit/ deus sic vestit: quāto magis vos pusille fidei? Et vos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis: ⁊ nolite in sublime tolli. Hec enim omnia gentes mundi q̄runt. Pater autē vester scit q̄m his indigetis. Uerūtamē p̄mū querite regnū dei/ ⁊ hec omnia adijcient vobis. Nolite timere pusillus grex/ q: complacuit patri vestro vobis dare regnū. Uendite que possidetis: ⁊ date elemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt thesauꝝ non deficientē in celis: quo fur nō appropiat/ neqꝫ tinea corrumpit. Ubi em̄ thesaurus vester est/ ibi ⁊ cor vestrum erit. Dicebat autē ad turbas: Cum videritis nubem orientē ab occasu/ statim dicitis/ nimbus venit: ⁊ ita fit. Et cū austrum flātem dicitis/ quia estus erit: ⁊ ita fit. Hypocrite faciem celi ⁊ terre nostis ꝓbare. Hoc autē tempus quomodo non probatis. Quid autē ⁊ a vobismetipsis non iudicatis qd̓ iustum est. Cum autem vadis cū aduersario ad p̄ncipē in via: da operā liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicē. Et iudex tradat te exactori: ⁊ exactor mittat te in carcerem. Dico tibi q: non exies inde donec etiam nouissimū minutū reddas.

De galileis occisis et de ficulnea.

Luc. xiij. Capitulum. xc.

Aderant aūt q̄dam illo t̄pe nūciantes illi de galileis quoꝝ sanguinem Pilat⁹ miscuit cum sacrificijs eoꝝ. Et r̄ndens dixit illis: Putatis ꝙ hi galilei p̄ omnibus galileis p̄ctōres fuerūt: q: talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi p̄niam egeritis/ similiter oēs peribitis. Sicut ⁊ illi. xviij. sup quos cecidit turris in syloe ⁊ occidit eos. Putatis q: ⁊ ipsi debitores fuerunt p̄ter omnes homines habitantes i hierusalem? Non: dico vobis: sed si nō p̄niam egeritis/ omnes similiter p̄ibitis. Dicebat aūt hāc similitudinem: Arborem fici habebat q̄dam plantatā in vinea sua: ⁊ venit q̄rens fructum in illa/ ⁊ non inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee: Ecce anni tres sunt ex quo veni q̄rens fructum i ficulnea hac ⁊ nō inuenio. Succide ergo illam: vt q̄d etiā terrā occupat? At ille r̄ndens dixit illi: Domine dimitte illum ⁊ hoc anno: vsqꝫ dum fodiā circa illam/ ⁊ mittā stercora: ⁊ siq̄dem fecerit fructū bn̄. Sin autem in futurum succides eam.

De muliere incuruata.

Luce. xiij. Capitulum. xci.

Erat aūt in synagoga eoꝝ docēs sabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat sp̄m infirmitatis annis decem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata/ nec oīno poterat sursum respicere. Quam cum videret iesus/ vocauit ad se: ⁊ ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua: ⁊ imposuit illi manus: ⁊ ꝯfestiꝫ erecta est/ ⁊ glorificabat deum. R̄ndens aūt archisynagog⁹ indignans/ q: sabbato curasset Jesus: dicebat turbe: sex dies sunt in quib⁹ opꝫ opari: in his ergo venite ⁊ curamini/ ⁊ non in die sabbati. R̄ndit aūt ad illum dn̄s ⁊ dixit: Hypocrite vnusquisqꝫ vestꝝ sabbato nō soluit bouē suū aut asinum a p̄sepio ⁊ ducit adaquare? Hāc aūt filiam abrae quā alligauit sathanas/ ecce decē ⁊ octo annis nō oportuit solui a vinculo isto in die sabbati? Et cū hec diceret/ erubescebāt omnes aduersarij eius: ⁊ oīs populus gaudebat in vniuersis que gl'iose fiebant ab eo.

De interrogatione iudeorū/ an liceat vxorē dimittere.

M. xix. R. x. L. xvi. Capitulum. xcij.

Et M. accesserūt pharisei t̄ptantes eum et q̄ dicētes: Si licꝫ homini dimittere vxorē q̄cunqꝫ ex causa? At R. ille r̄ndēs ait: Quid vobis p̄cepit Moyses? Qui dixerūt: Moyses permisit libellū repudij scribere ⁊ dimittere. Qui M. r̄ndens ait illis: Non legistis q: qui fecit hoīē ab initio creature. R. masculū. M. R. ⁊ feminā fecit eos deus? Et dixit: ꝓpter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam non sunt duo/ sed vna caro. Quod ergo deus ꝯiunxit/ homo non separet. Dicunt R. illi: Quid M. ergo Moyses mandauit dari libellū repudij ⁊ dimittere? Ait illis: Q̄m M. R. Moyses ad duriciā cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ⁊ scripsit vobis p̄ceptum istud: Ab initio M. autē non fuit sic. Et R. in domo iteꝝ discipuli eius interrogauerunt eum. Et ait illis: Dico M. autem vobis/ q: M. R. quicunqꝫ dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationē et aliam duxerit/ mechaf: ⁊ R. adulteriū ꝯmittit sup eam. ⁊ R. qui L. dimissam a L. viro duxerit/ mechaf. Et si vxor dimiserit viꝝ suum ⁊ alij nupserit mechaf. Dicunt M. ei discipuli eius: Si ita est cā hoīs cum vxore/ non expedit nubere. Qui dixit: Non oēs capiūt v̄bū istud/ sꝫ q̄b⁹ datū est. Sūt em̄ eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: ⁊ sunt eunuchi q̄ facti sunt ab hoīb⁹. Et facti sunt eunuchi/ qui seipsos castrauerūt vel eunuchizauerūt ꝓpter regnū celoꝝ: qui p̄t capere capiat.

De paruulis oblatis.

M. xix. R. x. L. xviij. Cap. xciij.

Tunc M. oblati R. sunt ei p̄uuli infantes L. vt tangeret R. eos ⁊ manus M. imponeret ⁊ oraret. Quod L. cum viderēt discipuli increpabāt L. M. illos/ ⁊. cōminabant R. offerentib⁹. Quos cū vidisset/ idigne tulit: iesus L. āt cōuocās illos/ dixit M. eis: R. Sinite M. R. L. paruulos venire ad me/ ⁊ nolite p̄hibere eos: taliū ē em̄ regnū celoꝝ ⁊ dixit R. Amē R. dico L. vob/ q̄cūqꝫ nō acceperit regnū vt puer/ nō intrabit i illō. Et ꝯplexās

illos: et imponens manus sup eos bñdicebat illos. et M. cũ imposuit eis manus/ abijt inde.

De filio prodigo.

Luce. xv. Capitulum xciiij

Erãt aũt appropinquantes ei publicani et pctõres vt audirẽt illũ. Et murmurabãt scribe et pharisei di. Quia hic pctõres recipit et mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolaz istã di. Quis ex vobis hõ q̃ hz centum oues: et si pdiderit vnã ex illis: nõne dimittit nonagintanouẽ i deserto/ et vadit ad illã q̃ pierat donec inueniat illã? Et cũ inuenerit illã/ imponit i humeros suos gaudẽs: et veniẽs domũ cõuocat amicos et vicinos dicẽs illis: Cõgratulamini mihi/ qz inueni ouẽ meã q̃ perierat. Dico vobis qꝫ ita erit gaudiũ in celo sup vno pctõre penitentiã agẽte/ q̃ sup nonagintanouẽ iustis q̃ nõ indigẽt penitẽtia. Aut q̃ mulier habens dragmas decẽ: et si pdiderit dragmã vnã/ nõne accẽdit lucernã et euertit domũ et q̃rit diligẽter donec inueniat eã? Et cũ inuenerit/ cõuocat amicos et vicinos di. Congratulamini mihi/ qz inueni dragmã quã pdiderã. Ita dico vobis gaudiũ erit angelis dei sup vno pctõre pniam agẽte. Ait aũt. Hõ quidã habuit duos filios: et dixit adolescẽtior ex illꝭ patri: Pater da mihi portionẽ subẽ q̃ me ꝯtingit. Et diuisit illis substãtiã. Et nõ post multos dies ꝯgregatis oĩbus adolescẽtior filius peregre pfect⁹ est i regionẽ lõginquã: et ibi dissipauit substãtiã suã viuẽdo luxuriose: et postq̃ oĩa cõsũpsisset/ facta ẽ fames valida i regiõe illa: et ipse cepit egere: et abijt et adhesit vni ciuiũ regionis illius: et misit illũ in villã suam vt pasceret porcos. Et cupiebat ventrẽ suũ implere de siliq̃s q̃s porci manducabant: et nemo illi dabat. In se aũt reuersus dixit: Quãti mercennarij in domo patris mei abũdãt panib⁹/ et ego hic fame pereo: surgã et ibo ad patrẽ meũ et dicã illi: Pater peccaui i celũ et corã te: et iã nõ sũ dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercẽnarijs tuis: et surgens venit ad patrẽ suũ. Cũ autẽ adhuc lõge esset/ vidit illuz pater suus/ et miscõia mot⁹ est: et occurrens cecidit sup collũ eius/ et osculatus est eũ. Dixitq̃ ei filius Pater peccaui in celũ et corã te: iã nõ sũ dign⁹ vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad seruos suos: Cito pferte stolã p̃mã et induite illũ: et date anulũ in manu ei⁹/ et calciamẽta i pedes eius: et adducite vitulũ saginatũ et occidite et mãducemus et epulemur: qz hic filius me⁹ mortuus erat et reuixit/ perierat et inuẽtus est: et ceperũt epulari. Erat aũt filius ei⁹ senior i agro. Et cum veniret et appropinq̃ret domui/ audiuit symphoniã et chorũ: et vocauit vnũ de seruis/ et interrogauit q̃ hec essent. Isq̃ dixit illi: Frater tu⁹ venit: et occidit pater tuus vitulũ saginatũ: qz saluũ illũ recepit. Indignatus ẽ autẽ/ et nolebat introire. Pr̃ ẽ illi⁹ egressus/ cepit rogare illũ. At ille rñdẽs patri suo dixit: ecce tot annis seruio tibi: et nũq̃ mãdatũ tuũ pteriui: et nũq̃ dedisti mihi hedũ vt cũ amicis meis epularer: sz postq̃ hic fili⁹ tuus q̃ deuorauit substãtiã suã cũ meretricibus/ venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi: Fili tu sp̃ mecum es/ et oĩa mea tua sunt: epulari aũt et gaudere oportebat/ qz frater tu⁹ hic mortuus erat et reuixit: perierat et inuẽtus est.

De adolescente querente/ quid faciendo vitam eternã possideret M. xix.

R. x. L. xviij: Capitulum xcv

Abijt M. inde iesus: et R. cũ ingressus eẽt in via. Et ecce M. vn⁹ pnceps L. pcurrẽs R. et accedẽs M. genu. R. flexo añ eũ/ interrogabat L. et rogabat R. illũ dicẽs: Magr̃ M. bone R. q̃d L. boni M. faciendo L. vitam eternã possidebo. Dixit ei iesus: Quid M. me interrogas de bono? Vnus est bonus deus. Nemo R. L. bonus nisi solus de⁹. Si M. autem vis ad vitam ingredi/ serua mandata: Precepta R. L. nosti? Dixit M. illi. Que? Jesus autẽ dixit illi: Nõ M. homicidium R. L. facies. Nõ adulteraberis. Non facies furtum. Nõ falsuz testimoniũ dices. Ne R. fraudem feceris. Honora M. R. L. patrẽ tuũ et matrẽ tuã. Diliges M. pximũ tuum sicut teipsum. Dixit illi adolescens: Hec M. omnia R. custodiui L. a iuuẽtute mea. Quid M. adhuc mihi deest? Jesus R. autem intuitus est eum/ dilexit eũ. Quo L. audito. Jesus ait: Adhuc vnum tibi deest. Si vis M. perfectus esse/ vade et M. vende R. L. omnia que habes/ et da pauperibus et habebis thesauruz in celo: et veni et sequere me. Cum M. autẽ audisset adolescens verbum/ contristatus in verbo abijt M. R. tristis M. et merens R. Erat M. R. eñi habens multas possessiones et diues L. valde. Videns autem iesus tristem factum/ ait discipulis M. suis. R. q̃ R. L. difficile qui pecuniam habent/ in regnum dei intrabunt. Amen M. dico vobis/ quia diues difficile intrabit in regnũ celorũ. Discipuli R. autem obstupescebant in verbis eius. At iesus rursus respondens ait illis: Filioli q̃ difficile est confidentes in pecunijs in regnũ dei introire. Et iterum M. dico vobis: facilius M. R. L. est camelum per foramen acus transire/ q̃ diuitẽ intrare in regnum celorum/ in regnum R. L. dei. Auditis M. autem his discipuli/ mirabantur valde. Quidam R. qui L. hoc audiebant/ magis admirabantur dicentes M. R. L. ad seipsos. R. et L. quis M. potest saluus fieri. Et intuens R. M. illos iesus ait illis: Apud M. homines hoc impossibile est: sed apud deum oĩa possibilia sunt. que L. impossibilia sunt apud hoĩes/ possibilia sunt apud deum.

De interrogatione Petri: Ecce nos reliquimus oĩa: quid ergo erit nobis

M. xix. R. x. L. xviij. Capitulum xcvi.

Tunc M. respondens petrus: cepit R. ei dicere: Ecce M. nos R. reliq̃m⁹ M. oĩa: et secuti sum⁹ te: q̃d M. ergo erit nobis? R. rñdẽs R. iesus ait eis L. Amẽ M. dico vobis/ q̃ vos q̃ secuti estis me/ i regñatiõe cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duodecim iudicãtes. xij. tribus isrl. Et

omnis qui reliq̄rit domū M. L. vl' frēs aut sorores aut patrē aut matrē aut vxorē aut filios/ aut M. agros M. L. ꝓpter M. nomē meū/ ꝓpter M. me ⁊ ꝓpter euāgeliū ⁊ L. ꝓpter regnū dei: cētuplum M. accipiet: multo L. plura nunc M. in h' L. tpe domos/ fratres ⁊ sorores/ ⁊ se ⁊ matrem ⁊ filios et agros cū ꝑsecutionibus/ ⁊ M. in seculo futuro vitā eternā possidebit M. Multi. M. M. autē ꝑmi erunt nouissimi/ et nouissimi primi.

De operarijs in vineam missis. Mat. xx. Capitulum xcvij

Simile est regnū celoꝝ hoī patrifamilias/ q̄ exijt ꝑmo mane ꝯducere opa̲rios in vineā suā. Cōuētione aūt facta cū opa̲rijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horā tertiā/ vidit alios stantes ī foro ociosos/ ⁊ dixit illis: Ite ⁊ vos in vineā meā: et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterū aūt exijt circa horā sextam ⁊ nonā: ⁊ fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt/ ⁊ inuenit alios stantes: et dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei: quia nemo nos cōduxit. Dicit illis: Ite ⁊ vos in vineam meā. Cum sero factū esset: dicit dn̄s vinee ꝓcuratori suo: Voca opa̲rios/ ⁊ redde illis mercedē/ incipiens a nouissimis vsq̄ ad ꝑmos. Cum venissent ergo qui circa vndecimā horam venerant/ acceperūt singulos denarios. Venientes autē et ꝑmi: arbitrati sūt q̄ plus essent accepturi. Acceperūt autē ⁊ ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt et pares illos nobis fecisti/ qui portauimus pondus diei ⁊ estus. At ille respondens vni eorū dixit: Amice/ nō facio tibi iniuriā: nonne ex denario conuenisti mecū? Tolle quod tuū est et vade. Volo autē ⁊ huic nouissimo dare sicut ⁊ tibi. Aut non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequā est/ quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi ꝑmi/ ⁊ ꝑmi nouissimi. Multi sunt eñ vocati/ pauci vero electi.

De interrogatione facta Christo si pauci fiant salui: et q̄ Herodes querebat eum occidere. Lu. xiij. Capi. xcviij.

Et ibat ꝑ ciuitates ⁊ castella/ docēs et iter faciens in Hierusalē. Ait aūt illi quidā: Dn̄e/ si pauci sunt qui saluant̄. Ipse aūt dixit ad illos: Cōtendite intrare ꝑ angustā portā: q2 multi dico vobis querēt intrare ⁊ nō poterunt. Cū aūt intrauerit paterfamilias ⁊ clauserit ostiū: incipietis foris stare ⁊ pulsare ostiū dicētes: Dn̄e api nobis. Et rn̄dēs dicet vobis/ nescio vos vn̄ sitis. Tūc incipietis dicere: mā̄ducauim⁹ corā te ⁊ bibimus: ⁊ ī plateis nostris docuisti: ⁊ dicet vobis/ nescio vos vn̄ sitis: Discedite a me oēs opa̲rij iniquitatis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū: cū videritis Abraā ⁊ isaac ⁊ iacob et oēs ꝓphetas ī regno dei/ vos aūt expelli foras: ⁊ venient ab oriēte ⁊ occidēte et aq̄lone ⁊ austro: ⁊ accūbēt in regno dei. Et ecce sunt nouissimi q̄ erāt ꝑmi; ⁊ sunt ꝑmi q̄ erant nouissimi. In ipa aūt die accesserūt q̄dā phariseoꝝ dicentes illi: Exi ⁊ vade hinc: Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite et dicite vulpi illi: Ecce eijcio demonia ⁊ sanitates perficio hodie et cras et tertia die consumor. Verūtamē oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare: quia non capit ꝓphetā perire extra hierusalē.

De hydropico sanato ⁊ de exhortatōe christi ad hūilitatē. Lu. xiiij. Ca. xcix.

Et factū ē cū intraret ī domū cuiusdā ꝑncipis phariseoꝝ sabbato mā̄ducare panē: ⁊ ipi obseruabāt eū. Et ecce hō q̄dā hydropicus erat an̄ illū. Et rn̄dens iesus dixit ad legisperitos et phariseos dicēs: Si licet sabbato curare? At illi tacuerūt. Ipse vo apphensum sanauit eū ac dimisit. Et respōdēs ad illos dixit: Cui⁹ vestrū asinus aut bos in puteū cadet/ ⁊ nō ꝯtinuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterāt ad hoc rn̄dere illi. Dicebat aūt ⁊ ad inuitatos parabolā/ intēdēs quō ꝑmos accubit⁹ eligerēt/ dicēs ad illos: Cū inuitat⁹ fueris ad nuptias/ nō discūbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: et veniēs qui te et illum vocauit/ dicat tibi: Da huic locū: et tunc incipias cū rubore nouissimum locū tenere. Sed cū vocatus fueris/ vade et recūbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit/ dicat tibi: Amice ascende superius: tūc erit tibi gloria corā simul discumbētibus: q2 omis qui se exaltat/ humiliabit̄: ⁊ qui se humiliat/ exaltabit̄.

De vocandis pauperibus ad conuiuiū/ et parabola de cena magna. Luce xiiij. Capitulum. c.

¶ Conciliū ḡnale ꝑt dānare ꝑpositiōes multas cū suis autoribus: licꝫ habere glossas aliq̄s vel expositiōes vel sensus logicales veros possint. Hoc practicatū est in hoc ꝯcilio de multis articulis wicleff/⁊ Joānis husz: quoꝝ aliq̄ poterāt vel de vi logice vel grāmatice defensionē aliquā recipe: vt i articulis qui sunt indefinite traditi: vel qui loquūtur de possibilitate ꝑut posse logicū est/⁊ non phy sicū. Uel qui possent ad aliquē sensum veꝝ trahi si seorsum ponerent̄. ¶ Sed ꝯcilium hoc sollerter attendit: ꝑmo q̄ iuxta Hilariū/intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. Iterū illud Aug⁹. Liberis v̄bis vtunt̄ ꝑhi̇ in rebus ad intelligendum difficillimis offensionē piaꝝ auriū non ꝑtimescunt. Nobis aūt. s. theologis ad certam regulam loqui fas est. Illud deniqꝫ vulgatū fundamentū in Aristo. ꝙ sermones accipiendi sunt ꝑm materiam subiectam/vnde moralis sententia sumitur. Ea est eīn diuine forme substantia: vt ꝙ nec in extrema dilabat̄: nec in se extraneū aliquod ipa suscipiat: sed sicut de ea Permenides ait: Uerum orbē mobilē rotat dū se immobilē ipa ꝯseruat. Q, si rōnes quoqꝫ nō extra petitas/sed intra rei quaꝫ tracta bim⁹ ambitū collocatas agitauim⁹: nihil ē quod admirere/cum Platone sanciēte didiceras cognatos: de quibus loquimur rebus oportere eē sermones. iij. de ꝯsolatione vlt. ꝑsa in fi. Similiter theologia suā ꝑpriā habꝫ logicā ⁊ sensum-sralem aliꝫ ꝙ speculatiue scīe. Hec directio vel lex ꝑseruauit hacten⁹ ꝑclarā vniuersitatē ꝑrhysiēñ. a ꝑmorib⁹ erroꝛib⁹ dū scholasticos suos sꝫ ad certā regulā fidei loqui iussit ⁊ compulit. Utinam in alijs studijs hec disciplia simili̇ teneat̄. Mala libertas est male ⁊ erronee loq̄ posse.

Quarta directio siue octaua in ordine.

¶ Conciliū ḡnale ꝑt ⁊ debꝫ damnare ꝑpositiones multas vel assertiones hmōi: ꝙuis nō possent ex solo ⁊ nudo textu exꝑsso sacre scripture patēter reprobari: seclusis expositiōibus doctoꝝ v̄l vsu celebri ecclesie ⁊ ceteris. Hoc practicatū est in hoc ꝯcilio in multis assertionibus. Joānis wicleff/⁊ Joānis husz: immo ⁊ de ista ꝙ est cōicandū plaicos sub vtraqꝫ specie panis ⁊ vini. Hec directio vel lex ꝑspeꝝ facit iter ad heresum ⁊ hereticoꝝ exterminationē: qm̄ heretici quos vidim⁹ defensionē suā vt plurimū accipiūt: q̄ nolūt hereses absolute reuocare/sed t̄m ꝯditionalr̄: si vicꝫ ex rigore textꝰ sacre scripture ꝯuincantur errare dicentes/ꝙ expositiones doctorum decreta/decretales sint apocryphe: neqꝫ de illis curandū est. Hec autem ꝑsumptio q̄late pateat ad errores/nemo non intelligit.

Tertia pars principalis de via moꝝ vel v̄tutum.

Eclaratis vel narratis scandalis quatuor obuiātib⁹ erroꝝ extirpationi/loq̄mur pro tertia ⁊ vltima parte aliquid de remotione totidem scandalorum obstantium moꝝum reformationi in capite ⁊ in membris/narrando quadruplicem legem vel directionē pra

cticatam in hoc ꝯcilio/vt ꝓsperum iter faciat nobis deus salutarium nostrorum.

Prima directio salutaris in via moꝝ ⁊ ꝟtutis.

¶ Conciliū gn̄ale sic est supra papā ⁊ aliū quēlibet de eccl̄ia/ꝙ ip̄m papā pt̄ deponere ꝓ quocūq; crimīe: de quo notorie et incorrigibilr̄ scādalizat̄ eccl̄ia. Hoc est practicatū dudū de papa Joāne.xij. ⁊ nūc de Joā.xxiij. In cuius deiectiōe non inferif ꝙ fuerit hereticus vel a fide deuius. Et si ita actū est de cedro libani: quare non timebit humilis herba deserti? Accusatus tamē inter cetera fuit ⁊ ꝯuictus/ꝙ fuerat notorie simoniacus. Ex quo confundit̄ illa quorūdam temeritas qui papam in collatione bn̄ficiorum non posse committere simoniam/vel disputabant vel diffiniebant.

Secunda directio siue decima lex.

¶ Conciliū gn̄ale ꝯuis non possit nec debeat plenitudinē ptāīs papalis ꝯmissam a christo Petro ⁊ successoribus eius tollere vel minuere/sed de ea grās agere deo q̄ ꝯtulit: eamq; reuereri debet ⁊ amplecti. Pōt nihilominꝰ vsum potestatis illius certis legibus ⁊ statutis limitare in edificationē ecclesie. Hoc practicauit p̄sens ꝯcilium tum in multis/tū sp̄ali r̄ in hoc ꝙ legē p̄fixit in eligendo papam futurū ⁊ suis electoribus: ꝙ reuerendissimū patrem dn̄m Angelū corario/ob laudabilitatem sue cessionis spontanee/nullus papa futurus posset eum a collatis cardinalatu ⁊ ptāte legati ꝑ hoc ꝯcilium deponere/nec eum sup̄ p̄teritis q̄buscunq; factis quomodolibet impetere vel punire: iure q̄dem ⁊ indulgenti ꝯdescensione hoc factū est: vt exemplū posteris det vltro cedendi/dum illud efflagitat ecclesie vel pia vtilitas vel vrgens necessitas. ¶ Expedit autem nunc ante summi pontificis electionē ita fieri circa multa gn̄alem statū ecclesie ꝯcernentia: in q̄bus summi pontifices vsū plenitudinis sue potestatis passim nimis verterūt in abusum: vt q̄ nō luerūt generalia celebrare cōcilia: nec inferioribus p̄latis ordinaria iura relinquere. Q̄ꝫq; in statutis generaliū ꝯciliorum nunc cassando ea/nunc mutando/nunc ad libitū interp̄tando/nunc p̄uilegia ⁊ exceptiones largiendo/palam ⁊ absq; manifesta rōne vel vtilitate deuiarūt. ¶ Unde sicut in vsu dispensationū/ꝯcessione priuilegioꝝ/innonatione decretaliū non expedit vsū potestatis papalis sic restringi/vt in omni casu tali fiat ad ꝯcilium gn̄ale recursus ꝓpter difficultatē ⁊ raritatē sue ꝯuocatōis: qualis non erat in primitiua ecclesia q̄ñ cōmuni ꝯsensu dicēte Hiero. fiebant omnia. Sic non expedit talem laxationē fieri q̄ vim ⁊ robur generaliū ꝯcilioꝝ in suis ꝯstitutionibus passim tollat ⁊ eneruet. ¶ Considerari posset in hoc loco Aristo. traditio de triplici politia regali. s. ⁊ monarchica: in qua vnꝰ bn̄ p̄est/cui tyrannus opponit̄. Altera est aristocratia/vbi dn̄antur pauci ⁊ boni: cui opponit̄ oligartia. Tertiam ponit timocratiam in qua populus bene dominat̄ q̄ oppositā habet democratiā. ¶ Esset autem inter istas politias illa melior q̄ꝫ aliqua singularis que ex regali ⁊ aristocratia ꝯponeret̄ vt in regno Frācie: vbi rex instituit parlamentū a quo iudicari non refugit. Esset ꝟo oīm optima ⁊ saluberrima politia/q̄ triplicē hāc bonā complecteret̄/regalē/aristocratiā ⁊ timocratiā. ¶ Est autē generale conciliū politia talis composita hn̄s suam directionē magis ex assistentia sp̄ali sp̄ūssancti ⁊ ꝓmissione Jesu christi/q̄ꝫ ex natura vel ex humana sola īdustria. ¶ Hinc est illud qd̄ p̄diximus ꝙ ip̄m est saluberrīma ⁊ efficacissima regula ad regimen totius eccl̄ie tranq̄llū vel ꝯseruandū vel reformandū vel inueniendū tanq̄ꝫ sup̄mꝰ ⁊ sufficiēs legislator vniuersalis ⁊ potens epikeies. Preterea legitimus ⁊ securus nec suspectus rōnabilr̄ ab aliq̄bus christianis: cū ꝓcedat omniū vel quasi omniū cōmuni ꝯsensu vel assensu. ¶ Quid aūt est gn̄ale ꝯcilium/al's descriptum est? repeto: Conciliū gn̄ale est congregatio legitima autoritate facta ad aliquē locū ex oī statu hierarchico totius eccl̄ie catholice nulla fideli ꝑsona q̄ audiri req̄rat exclusa ad salubriter tractandum ⁊ ordinandū ea q̄ debitū regimē eiusdē eccl̄ie in fide ⁊ moribꝰ respiciūt. Deduci posset ex hac descriptione cū p̄cedentibꝰ qualr̄ plenitudo ptāīs papalis collata est a christo in his q̄ sup̄ naturam sunt. In alijs etiā q̄ leges naturalis/canonica ⁊ ciuilis sibi tribuūt vt monarche/sup̄mo stat ⁊ ꝯcordat̄ cū ptāte ꝯcilij q̄ dicta est: q̄m in ꝯcilio papalis ptās includit̄: ꝯuis alr̄ sit hec ptās in papa aliter in concilio. Sicut aliter claues Petro tradite sunt aliter eccl̄ie. Unde ꝯciliū in multis q̄ papam respiciunt habꝫ autoritatē ꝯciliatiuā ⁊ dictatiuā: papa exercitatiuā ⁊ executiuā. Non enī posset ꝯciliū ꝑ se ip̄m vel absoluere in foro ꝯscie: vel p̄sbyteros ordinare: vel corpꝰ christi ꝯficere: vel debellare manu armata infideles/⁊ ita de multis: sꝫ ad ip̄m spectat circa hec hmōi ꝯsulere vel dictare: cuius dictamini qui repugnat/ꝯtumaciter repugnat sp̄ūisancto cuius est ip̄m ꝯcilium in dictando vel ꝯsulendo dirigere. Exemplū in hoīe vbi rō potestatē habet dictatiuam ⁊ conciliatiuam/ voluntas exercitium ⁊ executionem.

Tertia directio.

¶ Conciliū gn̄ale potest de dissentionibus ⁊ guerris inter p̄ncipes christianos seuiētes in ꝑniciē totius christianitatis ⁊ ꝑditionis hoīm in aīa ⁊ corꝑe autoritate legitima cognoscere: ꝓhibēdo eis vias facti ⁊ ad suscipiendū vias iuris ⁊ rōnis ꝑ censuras eccl̄iasticas compellendo. ¶ Hoc practicare ꝓposuit serenissimus rex romanoꝝ semꝑ augustus: qui p̄usq̄ꝫ recederet ab hoc ꝯcilio ad locū cōuentionis cū rege aragonū ⁊ Petro de luna ordinem ad deputatos habuit omni religiosa pietate ⁊ vera christiana religione plenissimā: quam his auribus non sine pia compūctione letus audiui. Narrauit illic ꝓpositum suum esse tendere post sedationem schismatis ad pacificationē regum frācie ⁊ anglie: maxime ꝑ autoritatē huiꝰ ꝯcilij. Narrauit de pacificatione regis Polonie cū prutenis Dehinc de passagio hierosolymitano p̄cedēte ꝑa

ciſicatione regis Polone ⁊c̄. ¶ Fundamētū ſeu regulā ꝓcurauit inducēdo quālibet partium vt ſe gn̄ali ꝯcilio ſueq̄ diffinitioni ꝑſus ſubmitterēt: cuiꝰ autoritati ipſemet rex quēadmodū tūc ⁊ pluries antea ſub atteſtatione diuini noīs ꝓteſtatꝰ eſſe debebat ⁊ volebat eſſe ſubiectꝰ: et hoc ī ſpeculū ⁊ exēplar eternū cuiuſlibet pricipis catholici tp̄alis.

Quarta directio ſiue lex

duodecima ⁊ vltia. ¶ Conciliū gn̄ale pōt ⁊ debet ꝯſtituere crebriorē generaliū ꝯciliorꝝ celebrationē ꝙ̄ retroactis tēporibꝰ fuerint celebrata: vt de decennio in decenniū ſaltem futuris ſummis pōtificibus iſta lege quā tranſgredi nō liceat. Fundatᷣ in p̄miſſis hec cōſyderatio ⁊ ꝑ argumentū ex oppoſitis: qm̄ ſi tot ⁊ tā enormia diſcrimina ꝓuenerūt eccleſie dei dum ceſſatū eſt a ꝯcilijs gn̄alibus: quāta demū erit ſalutaris vtilitas ex frequētiori celebratione ꝑſpicuū eſt. Quis itaq̄ neſciat ꝙ inde ſuperiorꝝ pctā minus vigebūt / dum minorē ſibi ſentient eſſe peccandi licentiā: vel impunitatis ſpem: dū. ſ. reddituros ſe rationē corā iudice ſuo gn̄ali ꝯcilio ꝑſpicient. Sunt q̄ppe nōnulli q̄ ⁊ ſi deū nō timēt / hoīes tn̄ reuerentᷣ. Deniq̄ ſi nō ſit aſſidue lex viua dirigēs / regēs ⁊ actuās leges mortuas ad effectū: ipſe nō ſatis ꝓficiunt: vnde ⁊ phūs tradere ſatagēs mediū virtutis / non potuit illud efficacꝰ inuenire ꝙ̄ vt diceret / ꝓut ſapiēs iudicabit. ¶ Potuerant ex p̄miſſis oībus velut ex fundamētalibus quibuſdā regulis / directionibꝰ ⁊ ſignis in via mandatorꝝ dei leges elici particulariores / ad tollendū ſcādala īpedientia ꝓſperū iter pacis / fidei ⁊ virtutis ad ſedationē ſchiſmatū quo ad primū: ad extirpationē errorꝝ / quo ad ſecundū: ⁊ ad reformationē morū quo ad tertiū: ſed neq̄ tēpus neq̄ locus ſufficiūt: q2 tetigerūt inſuꝑ multa ex eis prudētes ⁊ ſtudioſi ſuis inſcriptis: q2 rurſus debēt hmōi leges ⁊ cōſtitutiones particulares magis ꝑ mutuā collationē olm de ꝯcilio agitari / tractari ⁊ diffiniri iuxta regionū aut patriarū varietatē. Quia deniq̄ decreta ⁊ decretales viderentᷣ abūdanter ſufficere: ſi ꝑ legē viuā fieret efficax executio. Alioq̄n multiplicatio ꝯſtitutionū hmōi etiā penaliū q̄nq̄ plus onerat ⁊ aggrauat ꝙ̄ ſubleuet aut ꝓficiat. ¶ Faciamꝰ tandē in orōne finē verbis: vt D. reuolet ad A. ⁊ dicamus obſecrātes: Proſperū iter faciat nobis deꝰ ſalutariū noſtrorꝝ. Iter nedū terreſtre ſed ſpūale ⁊ celeſte / iter eternitatis ad deū ſalutariū noſtrorꝝ: q̄ eſt deus benedictus in ſecula: Amen.

Libellus de auferibilitate pape ab eccleſia Joānis de Gerſon cancellarij parrhyſieñ.

VEniēt aūt dies cū auferetur ab eis ſponſus. Mar. ij. Circa quē textū pro materia nūc currente querīt. Si auferibilis ſit ſponſus eccleſie a filijs ſuis vl̄ ab ea. Et ponātur hic conſyderationes. xx.

Conſyderatio prima.

AUferibilis nō eſt ſpōſus eccleſie chriſtꝰ homo ab ipſa tota eccleſia lege ſtāte. Si quidē caput eccleſie chriſtꝰ eſt. ad Ephe. iiij. ⁊ Coll. j. et. ij. Puto autē nemo ꝯceſſerit / ꝙ abſq̄ capite valeat ꝑmanere corpus aliq̄ꝺ verū vel myſticū: ſed eccleſie corpꝰ myſticū manere ſemꝑ vſq̄ ad ꝯſumationē ſeculi neceſſe eſt lege ſtante. Mat. vlti. et. xxiij. Hoc ergo fiet ꝑ viuificū influxū capitis in ipſum. Pro quo facit parabola q̄ chriſtus ſe viti cōparat / diſcipulos palmitibꝰ. Q, ſi q̄s dixerit oppoſitū dicēs eccleſiā incepiſſe ab Abel iuſto ſm̄ Grego. quo tp̄e nondū chriſtꝰ erat incarnatꝰ. Reſpōdet Joānes in Apoc̄. qui dicit agnū fuiſſe occiſum ab origine mūdi ꝓuiſiue. ſ. ⁊ acceptatiue a deo: licet nondum corporaliter exhibitiue: q2 nec ipſis antiquis erat ſalus niſi in fide: multum tn̄ implicita ⁊ generali mediatoris ⁊ capit̄ eccleſie chriſti tunc futuri: quibꝰ erat neceſſariū credere ſaltem illud ſymbolū ꝙ deus eſt / et ꝙ eſt remunerator ī ſe credentiū. ¶ Rurſus deducitᷣ q̄ꝺ dictū eſt ex ipſa ꝯditione matrimonialis vinculi inter chriſtū ſpōſum ⁊ eccleſiā ſponſam: ſicut Joā. in apoc̄. eccleſiā ſub typo ciuitatis noue hieruſalē vidit deſcendentē de celo ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Nam ad exemplar celeſtis eccleſia terrena formata eſt. Q̄ꝺ autē deus cōiūxit / homo nō ſeparat: ita vt lege ſtāte non poſſet aut debeat dari libellꝰ repudij inter ſponſum ⁊ ſponſam ꝯiunctos legitime. Que autē ꝯiunctio matrimonialis magis legitima ꝙ̄ chriſti ſit ad eccleſiam cōfederatio? Propterea dicit per Oſee: Deſponſabo te mihi ineternū: ⁊ per alterū ꝓphetā: Si poteſt obliuiſci mater ꝙ nō miſereatᷣ filio vteri ſui / ego tamē tui non obliuiſcar. Loquitᷣ de eccleſia ſpōſa ſua. Nam relinquet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue: ſic ⁊ chriſtꝰ eccleſie: cū matrimoniū carnale ideo ſumat indiſſolubilitatē: quia ſacramentū magnū eſt in chriſto ⁊ eccleſia: q2 eſt illius matrimonij ſacrum ſignū. F

Conſyderatio ſecūda.

AUferibilis eſt abſolute loquendo ſponſus eccleſie chriſtus homo ab ipſa eccleſia. Neq̄ enī minꝰ hoc eſt poſſibile ꝙ̄ ꝙ chriſtus deſineret eſſe homo ſicut ſpontanea volūtate verbū caro factū: aut ꝙ̄ deſineret eſſe nedū eccleſia ipſa / ſed oīs gn̄aliter creatura. Porro ſicut nō eſt abſoluta ⁊ inauferibilis habitudo cuiuſcūq̄ creature ad alterā creaturā: neq̄ tanq̄ finibilis ad ſuū finē / neq̄ tanq̄ effectus ad ſuā cauſam. Sic nō eſt hoc mō eſſentialis vel inauferibilis habitudo eccleſie ad chriſti humanitatē: quā vtiq̄ cōfitemur creaturā. Et ita ſtaret abſolute chriſtū hoīem eſſe ⁊ eccleſiam ſiſr eſſe: nec tn̄ ipſam a chriſto vt homo eſt / vitales influxus ſuſcipere.

Conſyderatio tertia.

AUferibilᷣ eſt ſpōſus militātis eccl̄ie chriſtus a q̄libet filiorꝝ ſuorꝝ hic in via: lꝫ nō ab oībꝰ collectiue q̄diu ꝑmāebit militās G

ecclesia ꝛ lege stante: sicut deinceps loqui ꝓponi
mus. Perspicua est prima pars hui⁹ disiuncti: qm̄
nullus est homo viuēs qui nō videat mortem: ꝛ si
hoc nō sufficiat: qꝛ dicit aplūs ꝙ siue viuim⁹ siue
morimur ꝛc. aut perinde nunꝙ separamur a chri-
sto. Constat tamē ꝙ fit separatio ꝑ mortē talē qua
desinit esse quis viator ꝛ de ecclesia militāte. Con
stat p̄terea ꝙ ꝙdiu manebit hic aliqs in via: sicut
pōt ꝓficere/ita deficere culpabiliter: ꝛ a christo ve
ra vite vt palmes aridus ꝛ cōbustioni soli apt⁹ se-
parari/nisi tñ fuerit ꝑ ꝯfirmationē quodāmō posi
tus extra statū ꝑut est viator. ¶ Altera pars disiū
cti sequit̄ ex prima ꝯsyderatione ꝛ eius deductiōe:
qm̄ ꝛ omniū collectio nihil aliud est ꝙ ecclesiastici
corpis indissolubilis cōpago: quēadmodū dici so
let: totū nihil aliud est ꝙ sue partes simul sumpte:
sed hec cōpago manet ineternū lege stāte.

Consyderatio. IIII.

Auferibilis nō est sponsus ecclesie christ⁹
ab ipsa quin influat quotidie tam ꝑ mo-
dū meriti ꝛ impetrationis vt alij sancti ꝛ
plus ꝙ ipsi: ꝙ etiā per modū dignatiue condespi
rationis ꝛ viuificationis ꝑ spm̄sctm̄ suum/fidem/
spem ꝛ charitatē cū ceteris donib⁹ infundēdo gra
tuitis/virtutū donoꝝ ꝛ beatitudinū/et maxime sa-
cramētoꝝ. Itaqꝫ sicut nō permanet corpus aliqđ
verū ꝛ viuens nisi habuerit qualitatiuas disposi-
tiones reddētes cōplexionē harmoniacā ꝛ decen-
tem: per manutenentiā forme cū corpore organico
ſm exigentiā ipsius ac forme actiuitatis ꝛ opatio
nū suaꝝ: cui aliūde venit mors: nō aliter sentiendū
est de corpore mystico ecclesie. Ipse eñi spūssctūs
q̄ est spūs christi est etiā suo modo forma corpo-
ris ecclesie christi: prebēs ei vitā vnitatē ꝛ motum
ꝛ hec nō ꝑmaneret cessantib⁹ qualitatiuis dispo-
sitionib⁹ prenolatis diffusis ꝑ totū corpus ecclesie
ꝛ per mēbra varia ꝓut vnicuiqꝫ mēbro donatum
est: ꝛ prout opus habet ad edificationē corpis vni
uersi. Tradit hoc apostolus clarissime scribēs ad
Ephe. iiij. Solliciti inquit seruare vnitatē spūs in
vinculo pacis: vnū corpus ꝛ vnus spūs: sicut voca
ti estis ī vna spe vocationis vestre. Unus dn̄s/vna
fides/vnū baptisma/vnus deus ꝛ pater oīm. Se-
quit̄: Unicuiqꝫ autē nostrū data est gratia ſm mē-
surā donationis christi: sequit̄: et ipse dedit quos-
dā quidē aplos ꝛc. Quinetiā articuli quatuor ꝑn-
cipales apostolici symboli fundāt illā ꝯsyderatio
nē: Un⁹ est. Credo in spm̄sctm̄ ꝛ viuificantē: quid
viuificantē nisi sanctā ecclesiā: sicut ꝓtinus addit̄
ꝛ vnā sanctā ecclesiā catholicā. Deinde sequitur:
Sanctoꝝ. h̄ est sacramētoꝝ cōmunionē: ac deinde
remissionē pctōꝝ intellige ꝯsequit̄ ꝛ vitā eternā.

Consyderatio. V.

Auferibilis nō est ab ecclesia militāte spō
sus suus christ⁹ homo quin semꝑ influat
in eandē ecclesiam sponsam suā ꝑ mēbra
varia/gradus hierarchicos/ officioꝝ ꝛ administra
tionū ꝛ dignitatū ꝛ statuū ab ipso constitutoꝝ: dū
ecclesiam fundauit primitus ꝛ edificauit. Si eñi ꝑ
manebit ecclesia vsqꝫ ad ꝯsumationē seculi ꝑmane
bit vt ꝑfecta: dei eñi perfecta sunt opa: non solū in
inchoatione/sed magis in ꝯseruatione ꝛ ꝯsumati-
one. Sed nemo dubitauerit quin ablatio vni⁹ mē
bri a corpore deformitatē grandē ꝛ imꝑfectionem
inducat. Manebit ergo semꝑ ecclesia cū suoꝝ in-
tegritate ꝛ ꝑfectiōe mēbroꝝ. Scribit de his apls
j. ad Corinth. xij. Diuisiones inquit gratiarū sunt:
idem autē spiritus/ꝛ diuisiōes ministrationū sunt
idē autē dn̄s/ et diuisiones operationū sunt idem
aūt deus q̄ operat̄ oīa in oībus. Unicuiqꝫ aūt dat̄
manifestatio spūs ad vtilitatē: alij quidē per spiri-
tū dat̄ sermo sapientie: alij aūt sermo sciētie ſm eū
dem spm̄: alteri fides in eodē spiritu: alij gratia sa-
nitatū in vno spiritu: alij operatio virtutū/alij pro
phetia/alij discretio spirituū/alij genera linguarū/
alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa operat̄
vnus atqꝫ idem spūs diuidens singulis ꝓut vult.
¶ Concludam⁹ ex his pauli verbis ꝙ assidu⁹ erit
in ecclesia vsus ministrationū ꝛ gratiaꝝ gratis da
tarū quas enumerat: ꝛ hoc quātū expediat eius de
cursui ꝛ edificationi: sic erūt sapientes/sic ꝓphete/
sic discretores spirituū/quib⁹ ex officio hierarchi-
co cōmisso eis a christo ꝛ spūsancto ꝯueniūt tales
actus: ita vt ab humana quauis autoritate neque
ant īpediri/suspendi vel ꝓhiberi: sicut nec status
papalis nec apostolicus vl' pastoralis. Fuerūt eñi
primitus velut in quodā seminario viuifico positi
in ecclesia ꝑ christū: ꝛ postmodū crescente ecclesia
discretio taliū magis innotuit: velut si stipes vinee
se in folia ꝛ flores ꝛ ramos explicuerit.

Consyderatio. VI.

Auferibilis nō est sponsus ecclesie christ⁹
ab ecclesia taliter quin semꝑ habeat ī se
viuificū semen quo pōt per successiones
generationis ꝛ generationis sese ꝯtinuare in cor-
pore toto ꝛ in mēbris p̄sertim officialib⁹: similiter
ꝛ in filijs. Traducitur ad hoc illud christi Matt.
xxiiij. Amē dico vobis/ qꝛ non p̄teribit generatio
hec donec oīa fiant: loquēs de generatione iusto-
rū: que ꝯtrariat̄ illi de qua dictū est: Amē dico vo-
bis ꝙ requiret̄ a generatione hac oīs sanguis ab
abel iusto. Itaqꝫ si dn̄s in rerū mutabiliū creatiōe
singulis indidit sementē ſm genus suū ad ꝓpaga
tionis sue generationē. Si tamē ī lege nature ꝙ in
lege moysi status sacerdotalis durabat vel in pri
mogenitis vel ꝑ successionē hereditariā filiorū ꝓ
patribus suis: oportuit multo amplius legē gratie
ꝑfectissimā habere in semetipsa fecunditatē ꝓ sui
ꝯtinuatione legitima. Ad quod inducit apostolus
ad Roma. ix. textū prophete euāgelici Esa. j. Nisi
dn̄s exercituū reliquisset nobis semen quasi zodo
ma fuissemus/ꝛ quasi gomorra siles essem⁹. Hoc
autē quid aliud debet intelligi ꝙ vis insita spiritu
alis ꝛ ars quedā viuifica in vniuersum corp⁹ eccle
sie: per quā hierarchicus ordo suus pōt vsqꝫ in fi
nē subsistere. ¶ Et ex his ꝓtin⁹ infert̄ ꝙ ecclesia
vel conciliū eā repñsentans pōt instituere vel elige
re/vel designare summū pontificē in sacra sede pe
tri. Potest insuꝑ modū determinare/vel limitare

eū taliter vel taliter instituēdi siue designādi: ita ꝙ nō spectat hoc ad solū pontificē summū: alioquin ipso mortuo vel nolēte dare legem eligendi successorē/ posset ecclesia permanere iugiter sine summo pontifice: quod nequit fieri lege stante. Q, si quis dixerit: modos qui nunc obseruātur pro electione summi pontificis determinatos esse per summos pontifices. Placet. Si ecclesia ꝯsensu suo ꝑ vel interpretatiuo approbauit: aut in defectu qualem ꝓdiximus fas haberet immutare. Et ita fas vt in contrariū nullius posset cuiuscūq̄ pōtificis autoritas legem dare.

Consyderatio. VII.

Aferibilis nō est sponsus ecclesie christꝰ ab ecclesia spōsa sua ⁊ filijs eius: sic ꝙ remaneat ecclesia in sola muliere: Imo nec in totis mulierībꝰ omnibus/ imo nec in laicis solū lege stante ⁊ non facta diuinitꝰ noua institutione. Da oppositū: ecclesia deficere posset in suis gradibus ⁊ officijs hierarchicis. Jn suis etiā sacramētis vsq̄ in finē. Patet hoc ꝓsupponendo ꝙ sacerdos a non sacerdote/ ⁊ episcopus a non episcopo nequit institui: Imo nec a tota multitudine laicoꝝ aut mulierū simul cōgregata: si per casum mortui essent omēs sacerdotes. Additū est: non facta diuinitus institutione noua: quia spūsancto dictante ⁊ opante noua prestari posset autoritas qualis nōdum collata est: quemadmodū prius ꝙ̄ deus instituisset sacerdotiū nouum supremū ⁊ alios inferiores gradꝰ hierarchicos in ecclesia non dubiū quin hoc potuerit. Porro nulla cōmunitas vel vniuersitas hominū mortaliū simul congregata talē aliquē gradum nullo modo instituere potuisset cū potestate qualis in quolibet reperiē que supra naturā existens ipsam sibi ꝓsupponit ⁊ substernit quodāmodo sicut forma materiā. Nec opinor ꝙ aliquis doctoꝝ theologoꝝ senserit in hoc contrarie: ꝗuis verba quedā epistole cuiusdā tractatus de cōcilio generali videri possunt aliqualiter hoc sonare: nisi benigno interprete foueanē. ¶ Deducitē ꝓinde ꝙ nec hieronymus/ nec aliquis alioꝝ dicens ecclesiam vel aplos sibi constituisse Petrū vt supmus esset ⁊ princeps inter eos ad schisma tollendū: nō intelligūt hoc nisi qđ ecclesia vel apostoli declarauerūt ita esse constitutū a christo: ⁊ hoc tenendū fidelibꝰ tradiderunt. Et ita saluatē illa que videtē sup hac re inter Hieronymū ⁊ ceteros varietas.

Consyderatio. VIII.

Aferibilis est aut mutabilis lege stante quelibet politia ciuilē monarchica seu regalis: vt fiat aristocratica: ⁊ nō sic de ecclesia que in vno monarcha supremo ꝑ vniuersum fundata est a christo. ¶ Posset deduci consyderatio tam a priori ꝙ̄ a posteriori deducēdo variationes que fuerūt in alijs politijs: q2 nullam aliā politiam instituit christus imutabiliter monarchicā: ⁊ quodāmodo regalē nisi ecclesiā. Et oppositum sentiētes de ecclesia: ꝙ sc3 fas est esse plures papas aut ꝙ quilibet episcopꝰ est in sua diocesi papa/ vel pastor supmꝰ equalis pape romano/ errāt in fide ⁊ vnitate ecclesie ꝯtra articulū illū: ⁊ in vnā sanctā ⁊c. et si ꝑtinaces maneāt iudicandi sunt heretici: sicut Martinus de padua ⁊ quidā alioꝝ. ¶ Consonat ratio: q2 sicut ad vnā fidē ⁊ ad eadē sacramenta obligantē oēs viatores: sic oportet vt nō esset schisma reductionē finalē fieri ad vnū supremū. Secus vbi cōitas regitē legibꝰ solis naturalibꝰ ⁊ traditionibꝰ humanis: q̄ ꝑ varietate tēpoꝝ ⁊ locoꝝ laudabilius ⁊ vtilius varianē: ꝙ̄ vt vno tenore ligēt oēs: quēadmodū tradit Aristo. exēplificans de regula lesbie. ¶ Quocirca dicamꝰ ex incidēti cōsequēter ꝙ nec summꝰ pontifex nec aliq̄s alioꝝ debet conari vt canones positi vel alie traditiones hūane/ obseruenē vbiq̄ ꝑ totā ecclesiā/ ⁊ ꝑ oēs inuariabiliter nationes. Oppositū satagere dedit forte occasionē grecis discedēdi a latinis: dat ꝓterea quotidie materiā multā litium scrupuloꝝ grauiū: dū equali tenore querit obseruari lex humana: siue sit illa canonica/ secularis vel ciuilis: quēadmodū custodiri diuinā absq̄ vlla variatiōe necesse est. Jnde venit illa christi questio Matt. xv. Jrritū fecistis mādatum dei ꝓpter traditiones vestras.

Consyderatio. IX.

Aferibilis est vicarius spōsus ecclesie ꝑ volūtariā eius cessionē aut renūciationē a papatu. Fuerat eñ olī dubitatio post renunciationē Celestini: nunq̄d talis renunciatio iure subsisteret. Tum ꝓpter votū quo se papa obligat ad ecclesiā. Tum ꝓpter desponsationē ⁊ matrimoniū quoddā spūale inter papā ⁊ ecclesiā. Tū ꝓterea q2 papa diuino iure statutꝰ est i hoc gradu: ⁊ si q̄ sunt alie rōnes. Occasione cuiꝰ dubitatiōis facta est decretalis determinās affirmatiuā ꝙ hoc licet. Et ita licet: ꝙ ex hac humili renūciatione cū ceteris patribꝰ Celestinꝰ annūeratus est catalogo beatoꝝ. ¶ Sunt aūt casus aliqui etiā ꝑ iuristas expressi qb licitū est prelato: imo q̄nq̄ debitū cedere statui suo. Unus est grande scandalū subditoꝝ qđ nō expectatē alio mō ꝓbabiliter terminandū ꝙ̄ per cessionē. Alius casus est dū occupatio seu retētio ꝓlature pariter vergit in detrimētū salutis ꝓprie: Nā q̄d ꝓdest hoī si vniuersum mūdū lucretē/ anime ꝟo sue detrimētū patiaē: aut quā dabit hō ꝓ anima sua cōmutationē. Alius casus est vbi manifeste talis retētio ipediret maius bonū vel in ꝓlato vel in subditis. ¶ Multiplices essent casus in particulari sm illud triplex genꝰ. Sed breuitati nostre satis sint ista ꝑ nūc. Per q̄ dissoluiē prima rō que fiebat de voto: qđ nō obligat dū vergit in detrimētū salutis/ vel exitum deteriorē. Alterā rationē soluit dissimilitudo q̄ est inter matrimoniū carnale ⁊ spūale: licet ꝯueniāt in multis. Dissimilitudo est quātū ad hoc ꝙ in spūali nō est sacrm: ex quo cōsurgat indissolubilis nexus ex institutiōe diuina. Quēadmodū de carnali est expssa lex. Qđ deꝰ ꝯiunxit/ hō nō separet: ⁊ sacrm h̄ magnū est. Dico aūt in christo ⁊ ecclesia: inq̄t aplus. Ac ꝓinde soluiē rō tertia: q2 ꝓprie solus christꝰ est spōsus ecclesie. Alij sunt tm̄modo vicarij quos ꝑ humanā designationē vel

electionē voluit institui: cuius officium sit diuinū:
z sola autoritate diuina primitus ordinatū.

Consyderatio. X.

a Auferibilis est in casibus dabilibus vica-
rius sponsus ecclesie ab ipsa ecclesia: et
hoc p eā/ vel per conciliū generale repre
sentās eam: vel p aliquos ad hoc p eā institutos:
siue consentiat ipse vicarius vel nō consentiat sue
cessioni. ¶ Sumit in primis argumentū pro hac
ↄsyderatione ex veritate p̄cedētis. Nā si vicarius
sponsus pōt resignare sponte ipsi ecclesie dādo ei
libellū repudij. Cū spōsus z sponsa nō debeāt quo
ad hoc impari iure censeri: poterit similiter repu-
diare sponsum talē ipsa ecclesia sponsa/ dū par ra-
tio vel potior adducit p ipsa ↄtra sponsum: vel qr
ↄstituere querit eā quantū in se est/ vel tyrannide
seua tractare/ laniādo eā/ vel placitando bona sua
dissipando/ vel qr abuti conat eā in perniciē filio-
rū. Nullū quippe statū/ nullū gradū dignitatis/
nullū ministrationis gen⁹ dedit deus nisi in edifi-
cationē suā z vtilitatē cōem. Patet ad Ephe. iiij.
et ad Corinth. vi. Dedit vtiq ad pacē eius cui⁹ fi-
nes posuit pacē ſm ps. Et hāc operat dilectio: p-
pter qd finis legis ab apl'o ponit dilectio: in qua
etiā fundauit christ⁹ officiū pastoralis. Si diligis
me (inquit christus petro) pasce oues meas. Joā.
vlti. Sed qs non videat casus multos esse possibi
les: quor aliqui nūc tacti sunt in qb⁹ ecclesia nō
edificaret/ sed destrueret: nō vniret/ sed dissiparet:
non pasceret/ sed depasceret: si nō cederet volūta
rius vel eijceret inuitus hic q in vicariū sponsum
ecclesie rite z canonice fuerat ordinat⁹. Nec sit cui
q illud admirationi qd dicimus quasi cōtrariātes
illi iussioni. Nolite tāgere christos meos: quō etiā
vni singulari psone fas esset in casu violētie atten
tate p papā verū ↄtra castitatē suā vel vitā vim vi
repellere cū appositione inculpate tutele: z ita lici
te stabit q tāgat papā violēter: vel i mare deijciat.
Cur sictr in casu nō liceat idē toti ecclesie p defen-
sione sua z violentie attentate cauta repressione.

Consyderatio. XI.

Auferibilis est in casu vicarius ecclesie R
conciliū generale eo nō ↄsentiēte vel in-
uito celebratū. ¶ Fateamur prius q re-
gulariter conciliū generale non est celebrandū de
iure etiā diuino nō vocante vel approbāte papa si
est vnicus: nec aduersus eū allegatio legitia. Sed
regule generales bene suscipiūt exceptiones sicut
in grāmaticalibus/ ita z in moralibus: p̄sertim vbi
casus particulares incidūt modis variabiles infi
nitis: ad quas exceptiones ordinata est lex supior
interpres aliarū: quā Aristo. vocat epykeiam. v.
Ethicor. Et alia diuinior quā gnomi appellat in
vj. Ethicor. Hec aūt lex semp habet locū i interp
tatione legū aliar particulariū/ vbi deficere cerni
tur ratio z finis institutionis ipsar. Finis autē le-
gum omniū nedū humanarū/ sed diuinarū est dile-
ctio que vnitatē operat. Sit ergo casus vbi legis
alicui⁹ abseruatio dissiparet vnitatē z obesset pub
lice saluti. Quis ratione vtens/ diceret eam tenere
oportere. Nimirū nec sibipsi quisq vellet hoc fie
ri: quāto min⁹ tota cōmunitas rationabiliter hoc
fugiet. ¶ Q, si quis interrogaret/ qua autoritate
fulcit/ vel vtetur hmōi conciliū acephalū: vt vide
tur sine papa? Respondendū q autoritate christi
capitis sui z indefectibilis spōsi: autoritate p̄terea
legum suarū tam diuine q naturalis: que hanc li-
centiā vel necessitati vel manifeste charitati vel re-
ligiose pietati ↄcedūt. Pro quo facit textus Mar
ci. ij. de excusatione discipulor vellentiū spicas in
sabbato p legem necessitatis ↄfirmatā: exēplo da
uid qui comedit panes ppositionis.

Consyderatio. XII. b

Auferibilis est in casu vicarius spōsus ec-
clesie per ecclesiam vel generale cōciliū
nedū cōciliatiue/ aut dictatiue vel denū-
ciatiue/ sed autoritatiue iudicialiter atq iuridicē.
¶ Presupponamus q iurisdictio idē est q iuris
dictio seu potestas: vel iurisdictio ē facultas ppin
qua dicendi ius. Et solet restringi ad coactiuam
iurisdictionē que fertur vel dicit in alterum etiā in
uitum. Sequit protinus ex hac descriptione cōsy-
derationis veritas quomodo ecclesia seu conciliū
habet in casu facultatē propinquā vel autoritatē
seu potestatē dicendi ius: etiā in alterū qui in pa-
pam fuit rite susceptus z electus. Nolumus tamē
impugnare quin summ⁹ pontifex habeat potesta-
tem regitiuā z autoritatiuā respectu omniū homi
nū: quantū christus voluit et cognouit expediens
sibi dare p exercendo eā. Non pro se tantūmodo/
sed magis ad vtilitatē ecclesie/ qualē autoritatem
ecclesie non habet totū ecclesie residuū: nisi vniti-
ue/ quodāmodo vel electiue. Et ex ista diuisiōe ve
rum est q claues date sunt nedum vni/ sed vnitati.
Ex hoc tamen nō habet q ecclesia tota vel conci
lium absente papa p̄sertim suo demerito nō possit
autoritatiuā iurisdictionem exercere: sicut lex que-
dam diuisa z indeuiabilis ad reducendū ipsum vel
corrigendū vel compescendū. Ne noceat ipse ne-
dū ecclesie sed sibimet tanq freneticus: vel vt pes-
sima malarū passionū ebrietate seductus: sicut eñ
tradit Aristote. v. Polit. q ad cōmunitatē totam
spectat principis vel correctio vel totalis destitu-
tio si inemendabilis perseueret. Et hec potestas
inauferibilis vel inabdicabilis est a cōmunitate li
bera que de rebus suis facere potest ad libitū: nec
per appropriationē vel aliquā legem potest suspē-
di: quāto magis hoc habebit ecclesia. ¶ Judaiza
bat olim Petrus per dissimulationē. Paulus ei
restitit in faciem. ad Gal. ij. Introducebat petrus
rem nouā in ecclesia dei ad Centurionē gentilē in-
trauit. Actuū. x. subortū est murmur in ecclesia: ita
vt cōpulsus sit petrus doctrinā insequi quā tradi-
dit scriptis: vt. s. paratus esset coram tota ecclesia
rationē reddere de ea q in ipso erat fide z spe: alio-
quin nō sibi credidisset ecclesia. Quāto fortius et
rōnabilib⁹ psit duo ↄtendētes diffamari apud bo
nos z graues de schismate/ de piurio/ de heresis su-
spitōe cōpelli/ rōnē reddere si se cognouerint inno-

centes. Sic Simachus/sic beatus Marcellus/sic ipse Gregorius/sic alij plures iudiciũ subire: cõcilij nequaꝙ̃ ex humili ꝯdescensione: sicut fingũt aliqui/sed ex debito ꝛ obligatiõe: quoꝝ multos/q꜡ cõciliũ non reperit ꝯuictos de crimine/reliquit causam eoꝝ examine iudicis dei terminandã.

Consyderatio. XIII.

A Auferibilis nõ est vicarius sponsus ecclesie ꝑ ecclesiã aut cõciliũ generale quo ad ea que sunt ordinis sacri cuiuscũꝗ quin semꝑ remaneat vel sacerdos vel episcopus si in talẽ fuerit aliqñ ꝯsecratus. Silr etiã de papatu si diceret ordinẽ a sacerdotio vel episcopatu distinctũ. ¶ Dudũ tp̄e beati Cypriani martyris ĩ affrica dũ sanct⁹ Cornelius papatũ rome gerebat: fuit error multoꝝ etiã magnoꝝ: ꝙ schismatici ꝛ heretici excõmunicati ꝛ simoniaci deijciebant ab omi gradu ꝛ dignitate ꝛ ordine: ita ꝙ nõ remanebãt sacerdotes/nec episcopi retinebãt episcopalẽ gradũ/ nec diaconi diaconatũ: ꝛ ita de similib⁹. Immo vsꝗ ad hoc deuentũ est: vt diceret ab eis ꝙ tales nullo mõ valebant baptizare/ sed baptizabant hi quos baptizauerãt. Silr nec cõsecrabãt/nec ordinabãt quin totũ postea dicerẽt iterandũ. Introducebãt ꝓ seipsis multos passus scripturaꝝ: vt illud: Maledicã benedictionib⁹ vestris ꝛc̃. Affirmabãt deniꝗ ꝙ tales spiritũsanctũ dare non poterãt: quẽ vtiꝗ non habebãt. Notata sunt hec in decretis causa prima: ꝛ in quarto sentẽtiaꝝ dist. xxv. ct. di. xiij. vbi magister nõ tenet: licet loquat magis recitatiue ꝙ̃ determinatiue. ¶ Illustrissim⁹ vo doctor Aug⁹ post Cyprianũ materiã hanc declarauit cõformiter ad cõcilia generalia ante eum ꝛ post celebrata. Et hunc insecuti sunt doctores theologi dicentes ꝙ ea q̃ sunt ordinis stabilia/sunt ꝛ indelebilia: ꝓpterea dicũt hi imprimi characterẽ quẽ appellant indelebilẽ/ꝛ non iterabilẽ. ¶ Attamẽ ꝓ cõcordantia diuersarũ sentẽtiarũ in hac parte ꝑficit duplex distinctio. Episcopus itaꝗ hereticus ꝛ degradat⁹ ab ecclesia aut intẽdit dare ꝛ facere ꝯformiter ad intentionẽ ecclesie/vel baptizat vel cõsecrat vel ordinat vel ꝯfirmat. materiã insuper ꝛ formã debitas obseruat. Aut deficit in aliquo istoꝝ: Intentione. s. corrupta ꝛ erronea vel in materia vl' in forma. Scd̃m hanc distinctionẽ ꝓcedunt multe autoritates sanctoꝝ: quoꝝ aliqui dicentes ꝙ sacerdotes heretici nihil agãt: intelligũt de his qui secũdo mõ deficiunt/quales erãt plurimi hereticorũ: vt arriani ꝛ errantes in ipsa substãtia sacramẽtoꝝ. Alij dicentes oppositũ sicut Aug⁹ ꝛ ecclesia de priorib⁹ intelligunt. ¶ Rursus alia est distinctio de efficacia sacramentoꝝ collatoꝝ ab indignis sacerdotib⁹ ꝛ hereticis. Nam ꝙ talia sunt efficacia põt intelligi vel quo ad vtilitatẽ/vel quo ad veritatẽ. Si primo mõ illa dicunt esse nulla: q꜡ neꝗ prosunt faciẽtibus neꝗ scienter recipiẽtibus/ sed obsunt potius. Si secũdo mõ/sic ꝯsecrationes hereticoꝝ sacerdotũ efficaciã habere ꝛ veritatẽ fatẽdũ est. ¶ Tandẽ ex hac ꝯsyderatione cũ suis ꝓbationibus que latiori deductione ponunt ab autoritatibus: sequit ꝙ durante ꝑsenti schismate nõ oportet dubitare quin vtrobiꝗ fuerint cõsecrati: ꝛ sint veri episcopi/ꝛ sacerdotes ꝑ mutuã successionẽ vsꝗ in ꝑsens. ¶ Nec est difficultas in collatione sacramentoꝝ nisi de sacramẽto penitẽtie: in quo iurisdictio quedã requirit/quã non habent heretici ꝛ schismatici vel excõicati sacerdotes. Sz hec difficultas redũdat similiter in illos q̃ ante schisma fuerũt ordinati: ꝛ ſm estimationẽ illoꝝ qui iudicarent hãc vel illã partẽ esse schismaticã: ꝛ ex consequẽti nõ habere sacerdotes nisi excõmunicatos ꝛ suspensos. Et ita vanũ est ꝛ forte scãdalosum gloriari ꝙ presbyteralis vel episcopalis ordinatio suscepta fuerit ante schisma ꝑsens/ poti⁹ ꝙ̃ hoc tp̄e. Si ꝑ hoc velint hmõi gloriantes vocare se verius esse sacerdotes ꝛ episcopos ꝙ̃ posteriores. Si velint preterea dicere sicut aliq̃ dixerunt ꝛ scripserũt temporibus istis: ꝙ vera sacramẽta ꝛ veri sacerdotes ꝛ veri episcopi ꝛ verũ corpus christi ꝛ verus baptismus: cũ similibus nõ sint in hac parte obediẽtie vel in illa.

Consyderatio. XIIII.

Auferibilis est vicarius spõsus ecclesie ꝑ ipsam ecclesiã aut gñale ꝯcilium quo ad executionẽ licitã eorũ oim que potestatẽ ordinis respiciũt. i. ꝙ nõ licite talia aget. Date ꝙ̃ pe est papalis potestas ipsi ecclesie: et sua est sicut est ipsius pape: ꝙ̃uis alioꝛ alio modo. Sua est inquã ꝛ pape ad edificationẽ ecclesie/nõ ad destructionẽ. Potest ĝ vsus talis potestatis tolli vel suspẽdi ꝑ ecclesiã ab eo qui vellet vti manifeste in ꝑditionẽ ecclesie aut mẽbroꝝ suoꝝ tali dignitate: vnde ꝛ si potestas ordis sit imediate a deo/sit etiaz indelebilis: tñ vsus ipsius multũ dependet ab ecclesia ꝛ a rectorib⁹ suis q̃ vices eius exequũtur. ¶ Et hic fundabilis est possibilitas subtractionis vl' suspẽsionis obediẽtie ab aliquo in papã rite electo. Nã ꝙ obedientia tali prestet est preceptũ affirmatiuũ quod nõ obligat ꝓ semꝑ/nec in ꝑnicieẽ ecclesie. Si viderit ergo ecclesia ꝙ ꝑstare nũc obediẽtiã pape in administratione ordinũ/sacramentoꝝ ꝛ similiũ/fieret ecclesie ꝑnicio sum: ꝛ pape in instrumentũ malicie: cur nõ suspẽdere põt hmõi obediẽtiã quousꝗ nullũ in obediendo cadat periculũ? Hec aũt subtractio obedientie magis adhuc fundabilis est in his q̃ sunt tp̄alis administrationis. ¶ Sed vtrũ hec obedientie subtractio vel suspensio valeat per aliũ ꝙ̃ per ecclesiã vel generale ꝯcilium? Forte videret respondendũ negatiue: ꝑsertim si fiat sermo de subtractione gñali ꝛ autoritatiua/ꝛ q̃ ligat oẽs de ecclesia in hoc stare. ¶ Secus est de subtractione particulari quo ad hos vel illos/q̃ non fert autoritatiue/sz vel doctrinaliter ꝛ insinuatiue/vel necessitatis q̃dã inductione. ¶ Iubebit (exẽpli gr̃a) summus põtifex corã theologis exptis/ ꝙ fideles credãt spm̃sctm̃ nõ ꝓcedere a patre ꝛ filio: dicim⁹ ꝙ theologoꝝ erit doctrinaliter resistere ꝛ dicere ꝙ̃ sibi nõ obediat. ¶ Iubebit alter summ⁹ põtifex ꝙ vastet regnũ Francie igne ꝛ gladio: dicimus ꝙ regis erit resistere ꝛ iubere ꝙ ei nõ obediatur: sed B

resistaꝭ: hoc eñ fas est agere cuicūq; in quē vim il
licitā vellet inferre etiā verus papa. ¶ Nō est pax
iubebit ipse idē: ꝙ vnio ad pacē ecclesie nō quera
tur vijs ꝯuenientibus ⁊ cōgruis/ aut etiā per eū iura
tis/ aut ꝙ ecclesia nequaꝙ̄ congregeꝭ ne forte ipm
eijciat. Dicim⁹ ꝙ omniū catholicoꝝ erit resistere
⁊ nō obedire. ¶ Mꝫ, si sit aliquis ꝗ totā presidētiā
suam ⁊ papalē dignitatē conuertere velit in instru
mentū nequicie ⁊ destructionis alicui⁹ partis eccle
sie in tēporalibus vel spūalibus: nec pateat suffi-
ciens remediū aliud: nisi subducēdo se ab obediē-
tia talis potestatis seuiētis ⁊ seipsa abutentis: ⁊ hꝫ
ad tēpus/ vel quousq; ecclesia vel conciliū ꝓuide-
rit/ hoc fas erit: dū tamē illud agere pia quedā im-
pellat necessitas: nō libido seu cupiditas assumē-
di improbe velamē malicie libertatē. ¶ Fatemur
eñ duo illa nullo mō debere fieri nisi manifestis
causis vrgentib⁹: ne in toto corpore ecclesie deteri
or ⁊ generalior scissura fiat ⁊ inducaꝭ: dum parti-
cularia mēbra cōsuescunt non obedire: sicut notat
Aristo. in polit. pessimū esse ꝯsuescere non obedire
principi siue regi: quāto magis erronea ⁊ dānan-
da est assertio: ꝙ licet vnicuiq; subditoꝝ moꝝ vt ali
quis est tyrānus ipsum vijs oībus fraudulentis ⁊
dolosis sine quauis auctoritate vel declaratione iu
diciaria morti tradere: presertim si addat hec asser
tio ꝙ tyrannus ille oms est qui nō preest ad vtili
tatē subditorū: sed de hac re alibi: de qua viderint
assertores.

Consyderatio. XV.

Auferibilis est vicarius spōsus ecclesie ꝑ
ecclesiam aut generale cōciliū perpetuo
vel ad tēpus: quo ad ea oīa que sunt iu-
risdictionis. Satis indirecte deductio ꝯsyderatio
nis istius patet ex ꝓcedētī. Naꝫ possunt ab aliquo
rite in papā electo tolli tā de iure ꝙ̄ de facto sub-
diti: in quos debet iurisdictionē exercere. Et ita ꝑ
indirectū iurisdictio non subsistet. ¶ Utrū vero di
recte ⁊ absolute possit oīs potestas iurisdictionis
a papa rite electo remoueri/ posset esse duplex ima
ginatio quo ad aliquas iurisdictiōes: qualis est iu
risdictio respiciens sacramentalē absolutionē: que
alterius est rōnis ꝙ̄ alie respiciētes forum extern⁹.
Hanc eñ iurisdictionē habet confessor pape sup
ipsum: cui tñ non posset cōicari iurisdictio in foro
exteriori supra papā vt ꝙ eū posset excōmunicare.
Hanc insup iurisdictionē habet in casu necessita-
tis oīs sacerdos apud peccatorē sibi volentē cōfi-
teri. ¶ Dicerent ergo aliqui de hac spūali iurisdi
ctiōe sicut de potestate ordinis: ꝙ licet inauferibi-
lis sit in se ⁊ in sua essentia: tñ est suus vsus impe-
dibilis modis tactis. Sicut etiā impediunꭍ schis
matici ⁊ heretici ꝓcisi ab ecclesia: ne quisꝙ̄ eis nisi
in casu necessitatis debeat ꝯfiteri. ¶ Dicerent alij
ꝙ talis iurisdictio non solū impediꭍ in suo vsu/ sed
etiā tolliꭍ ministerio ecclesie ⁊ ꝓlati supioris: dum
degradaꭍ hereticus aliqꝭ ꝓlatus vel sacerdos: et
hoc qꝛ condescendit deus tollere ab illo sacerdote
potestatē diuinitus sibi collatā per ministeriū ta-
lis tanꝙ̄ ꝑ causaꝫ sine qua: nō sicut imaginanꭍ do
ctores multi de potentia collata sacramētis respe
ctu gratie quā figurāt: non eñ attingit illa virtus
actiua sacramentoꝝ substātiam gratie: sed tñ sunt
causa sine qua nō talis gratia nequaꝙ̄ crearetꭍ. Si
cut ꝓterea dicimus de infusione aīe in embrionē
dispositū: ⁊ magis ad ꝓpositū de recessu aīe a cor
pore ꝑ inductionē discōuenientē qualitatū: prefer-
tim si imaginemur ꝙ aīa sicut creabaꭍ prius: ita
nunc annihilareꭍ consequēter ad has dispositio-
nes vel ad alias. Uel exēplificemus de annihilati
one gratie per pctm̄ mortale. ¶ Auertam⁹ tamē in
hac materia ꝙ oportet nos ꝓcedere ꝯsequēter ad
premissa ⁊ ad factū Celestini ꝗ cessit papatui/ ꝙ pa
patus nō dicat ordinē super sacerdotiū vel episco
patū. Mꝫ, insup nō dicat iurisdictionē inabdicabi
lem humana volūtate supra episcopatū. Alioquin
tunc tpis remansissent duo habētes papalē digni
tatē: aut talē que fuisset superior ad episcopalē vel
archiepiscopalē. Oportet vt videꭍ ꝯsequēter dice
re ꝙ mortuo vel cedente Bonifacio ꝗ in locū Ce-
lestini successit: ipse Celestinus potuerat assumi in
papatū sine noua alicui⁹ ordinis vel potestatis iu
ridice essentialis ⁊ inabdicabilis collatiōe/ quēad
modū dicimus de episcopali dignitate in his qui
fuerūt degradati vel deiecti: qui iterū possunt resti
tui nulla cōsecratione noua facta. ¶ He autē ꝯsy-
deratiōes ꝓficiunt studiosis ad cognoscendū ma-
gis ⁊ magis quid dicat vel importet/ ⁊ quid nō pa
palis dignitas: ⁊ qualiter potest exercere iudicium
ecclesia circa papā. Notetur Bonauentura in dis:
xxv. quarti: vbi querit si episcopatus sit ordo supra
sacerdotiū: ⁊ ponit ꝙ neq; episcopat⁹ neq; papat⁹
dicit plenitudinē aliquā vel dignitatē in ordine/ ⁊
ordinē nouū nullum addit.

Consyderatio. XVI.

Auferibilis est vicarius sponsus ecclesie
ꝑ ecclesiam aut gñale conciliū vt dictū
est: ⁊ dū hoc euenit ꝓbabile ē ꝙ magis
fiat destitutiue ⁊ iuridice: ꝙ̄ solū declaratiue seu di
ctatiue seu cōsiliatiue. ¶ Fuerūt due opiniones/
vt alīs tangebaꭍ de destitutione pape. Una ponit
ꝙ papa dū labiꭍ in heresim iam dānatus est: ⁊ eo
facto per deū depositus/ ⁊ ꝑdidit iure diuino papa
lē dignitatē: siue hec heresis sit secreta vt ampliāt
aliqui/ siue sit manifesta vt placet alijs loqui restri
ctius. ¶ Credunt alij/ ꝙ nullus rite in papā elect⁹
reddiꭍ ꝑ aliquod crimen eo facto depositus: licet
bene sit deponēdus/ ⁊ manet talis rite elect⁹ semꝑ
papa vsq; ad sententiā depositionis latā ꝯtra eum
ꝑ ecclesiā vel generale conciliū: aut nisi cesserit spō
te sua: quēadmodū in alijs episcopatib⁹ ⁊ dignita
tibus minorib⁹ dicunt esse certū/ ita ꝙ resolutio fi-
nalis hui⁹ opinionis quā nunc dicim⁹ probabilē
stat in hoc/ ꝙ sicut nullus efficiꭍ papa lege stāte ⁊
nisi fieret noua reuelatio vł miraculosa institutio:
nullus inquā talis rite efficiꭍ papa nisi ꝑ legitimā
electionē dñoꝝ cardinaliū aut alioꝝ quib⁹ hec po-
testas collata fuerit ꝑ ecclesiam aut ꝑ gñale conci
liū: sic nullus talis rite electus desinit esse papa:
nisi ꝑ destitutionē legitimā factā ab ecclesia vel cō

cilio vel alijs quib⁹ voluerit ꝯferre ecclesia vel cõ
aliū hmõi potestatē/q̄lis nōdū collata esse reperit.
¶ Probabilitas hui⁹ opinionis fundata est alīs
in alio opusculo. Et nūc breuiter repetam⁹ dicen
tes aliqua. Primo ꝙ status hierarchicus in eccle
sia debet esse certus ꝛ ꝯstans: da oppositū. Iā ec/
clesia nō fuisset sufficienter instituta: q: subditi re/
manerent semꝑ ex oppositi discrimini pcti morta
lis in obediendo vel nō obediendo suis superiori
bus: cū non posset eis ꝯstare sufficiēter qn̄ superio
res ius ꝑdidissent in p̄sidēdo/vel ipsum retinerēt.
¶ Ac ꝓinde dicim⁹ consequnter: ꝙ titulus ecclesi/
astice dignitatis vel autoritatis nō est fundatus in
sola sanctitate: quēadmodū dixerūt heretici q̄ no
minabant paupes de lugduno: ꝛ alij similes: sicut
deducit Bonauentura in dist. xxv. quarti. Alioqn
nihil esset certū in actibus hierarchicis. Sicut ne
mo scit an odio vel amore dignus sit. ¶ Ex eadē
radice pateat ꝙ ꝑ prescientiā vl' reprobationē eter
nā non dat vel aufert precise titulus ecclesiastice
dignitatis. Nam Judas p̄scitus fuit apl's: ꝛ mul/
ti predestinati carēt tali dignitate. Sequit amplī
us ꝙ titulus ecclesiastice dignitatis non est funda
tus in donis gratuitis latētibus in aīa: q: de illis
cõstare non pōt subditis nisi forte ꝑ reuelationē:
ꝛ p̄sertim si sint dona q̄ statim habita statim perdi
possunt: qd̄ dicitur ꝓpter characteres indelibiles
postq̄ semel habiti sunt: et de quib⁹ presupposita
fide pōt haberi sufficiens certitudo dū aliqs rite
suscipit sacramēta imprimentia tales caracteres.
¶ Addamus rursus ꝙ sicut iniustus hō sine cha/
ritate ꝛ in peccato mortali pōt iuste dominari tē/
poralit ꝛ esse rex vel princeps iusto titulo. Sic etiā
potest esse episcopus vel sacerdos. Et hoc sequit
ex priorib⁹ contra imaginationē aliquoꝝ nostris
tēporib⁹ in anglia ꝛ alibi: qui posuerūt om̄e domi
niū ꝛ oēm dignitatē fundari in iusticia charitatis
ꝛ ꝙ sine ea nihil pōt esse iustū neq̄ iuste fieri neq̄
possideri: qd̄ vtiq̄ repugnat assertionib⁹ sacre scri
pture in locis plurimis: in quibus idolatre ꝛ pessi
mi hoīes ꝛ reprobi appellant reges: vt Saul/Cy
rus ꝛ Aachab. Unde ꝛ christ⁹ docuit: ꝙ pharise/
is ꝛ reprobis daret obediētia in doctrina eorū dū
ait: Supra cathedrā moysi sederunt scribe ꝛ phari
sei/que dicunt/facite ꝛc̄. ¶ Dicamus cõsequenter
ꝙ dignitates ecclesiastice nō fundant in fide inte/
riori/neq̄ in spe sancta/neq̄ in charitate: patet ex
eisdē fundamentis ¶ Ac ꝓinde sequit vlterius/ꝙ
deficiēte fide in aliquo p̄lato/ non est cõsequens vt
mox perdiderit pastoralē dignitatē: quia nec fides
est nec necessariū eius fundamentū. ¶ Patet am
plius ꝙ canones sacre scripture ac summoꝝ pon/
tificū dicentes hereticos esse vitādos tanq̄ ethni/
cos ꝛ anathematizatos: verū dicunt dum constat
eos tales esse: et maxime per sententiā iudiciariā/
aut ꝓpriam confessionē/aut facti euidentiā. Nihi
lominus ꝙ tales sint eo facto depositi a dignitati/
bus: ꝛ ꝙ eas perdiderint sine destitutione nō habe
tur ex eisdē canonibus. Aut si aliqui canones vide
ant hoc sonare de notorijs ꝛ manifestis hereticis
qui sunt eo facto depositi: intelligi posset ꝙ cõtra
tales non requirit processus iuridicus ordinatus
ad degradandū eos ꝑ sententiā diffinitiuā: sicut in
occultis ꝛ nō confessatis oporteret. ¶ Dicamus
ergo ꝯcludentes ꝓbabiliter/ꝙ sicut hūana electio
dat ius ꝛ titulū ad papalē dignitatē si homo sit ca
pax huius lectionis atq̄ dignitatis: ꝛ si sit viator
baptizatus sic ꝑ humanā destitutionē ꝑdit illā p̄si
dentiā ꝛ non aliter: eo inuito siue sit hereticus siue
sit schismaticus. ¶ Et dum opponit ꝙ hereticus
nō potest esse membrū ecclesie: qnāto min⁹ potest
esse caput eius vel vicarius suus: aut sponsus/mul
ta in hāc sententiā. ¶ Respondet ꝙ hec ratio vl'
sil'is si bene ꝑpendat oīno sunt illa q̄ fundauit oēs
errores: de quib⁹ pretactū est/ꝙ solus iustus iuste
dñat: vel est sacerdos vel ꝯsecrat: ꝛ ita de similib⁹.
¶ Notem⁹ ergo sine ꝓcessu longiori ꝙ multe sūt
ꝯnexiones mēbroꝝ in corꝑe mystico ecclesie: sicut
diuerse sunt ī eodē corꝑe vnitates. ¶ Una est eñ
vnitas charitatis: ꝛ ita soli habentes charitatē di
cunt vere mēbra ecclesie. Alij quātumcūq̄ fideles
sunt/vel vt p̄cisa vel vt arida ꝛ emortua mēbra: im
mo sunt ꝓditores dñi sui: nec de familia eius hoc
mō dici possunt: nec sunt digni pane quo vescunt.
¶ Alia est vnitas in donis nature/sicut oēs hoīes
ꝯnectunt in intellectu ꝛ rõne. Alia est vnitas ī simi
li participatione sacramētoꝝ: ꝛ p̄sertim in vnitate
baptismatis: in quo character imprimit/ in q̄ vni
tate cõnectunt oēs q̄ baptisma rite susceperūt: etiā
vbi fidē actualē vel habitualē ꝑdidissent. Et hec
vnio videt absolute sufficere ad h̄ ꝙ aliqs rite in
papā electus maneat caput ecclesie quousq̄ fuerit
ꝑ sentētiā diffinitiuā depositus. ¶ Nolo tñ ꝓpte
rea dicere ꝙ sꝑ sit obediēdū tali heretico: vel non
sibi resistendū/aut ꝙ sit appellatiōe papal' digni/
tatis honorādus: qm̄ in casu sicut iā tactū est/pos
set papa ver⁹ manēs papa licite etiā ligari vel in/
carcerari vel ī mari demergi: quāto magis posset
obediētia sibi vel reuerētialis noīatio denegari.

Consyderatio. XVII.

Auferibilis nō est vicarius sponsus eccle
sie rite ꝑus elect⁹ q̄n posset creare veros
sacerdotes ꝛ episcopos ꝛ alia facere q̄ or
dinē suū respiciunt in tali plenitudine receptū: a bl'
q̄ hoc ꝙ iterari debeāt ea q̄ fecisset: q: valida sunt
iure diuino: q̄uis peccabit ipse cū participib⁹ suis
si hoc attentauerit. ¶ Cõsimiliter ea q̄ iurisdictio
nē purā respiciūt: illa possunt dici valida q̄ egerit
talis q̄diu tolerat ab ecclesia: ꝛ hoc iure seu appro
batiōe totius ecclesie vel p̄cedentiū pontificū ꝛ cõ/
ciliorꝝ generaliū institutione: p̄sertim nisi aliunde
ex culpa subditoꝝ talia reddita fuerit inualida: q:
participāt in crimine. ¶ Respondet hec ꝯsydera
tio multis dubitationib⁹ q̄ potuerūt oriri durāte
hoc pestifero schismatice tā in collatiōib⁹ ordinū
q̄ in depēdentib⁹ ꝛ collationib⁹ beneficioꝝ ꝛ simi
libus: vbi facilius se expedit opinio quā probabili
mō posuim⁹ in p̄cedēti ꝯsyderatiōe circa obiecta.
Multū ꝓdest insuꝑ eadē consyderatio ad celerio
rē ꝛ expeditiorē terminationē schismatis ꝑ viam
cessionis omissa qualibet discussione facienda.

Consyderatio. XVIII.

Auferibilis est vicarius sponsus ecclesie tanq̄ hereticꝰ aut schismaticus: etiā vbi in casu ipse nō est veraciter ꝛ mentaliter talis. ¶ Assignemꝰ summa iam casus aliquos circa psonas alias q̄ similiter possunt in papā cadere: duos inuenimꝰ in iurib' expssos. ¶ Unus est dū aliq̄s sustinet excōmunicationē vltra annū: et citaꝭ sup materia fidei: nec respondet. ¶ Alius dū citatus corā iudice renuit prestare iuramentū. Talis aliquis poterit manere semp verus fidelis: attamē ipse tanq̄ hereticus iuris p̄sumptione dānabiꝭ. ¶ Tertiꝰ assignaꝭ casus: si timore mortis vel alia passione motus q̄s vocaliter negat ea q̄ sunt fidei: nec possit aut velit sufficienter se purgare.

¶ Quartꝰ casus vbi p actus hereticales aut idolatricos habebiꝭ p̄sumptio vehemēs ꝯtra aliquē: ꝛ talis nec poterit aut velit sufficiēter se purgare. Dicunꝭ autē actus hereticales vel idolatrici: qui sunt ꝯtrarij vel oppositi actibꝰ quibꝰ solet fieri pfessio fidei ꝛ religionis christiane ꝛ cultꝰ diuini: sicut est genuflexio corā sacramēto altaris: ꝛ ingressus tēpli ꝛ similia. Et in hoc multū valet vsus hominū: sic talia signa vel talia accipientiū. Unde si q̄s exhibet talia in honorē machometi vel idoloꝝ aut si oppositis factis detestareꝭ sacramentū altaris: ꝛ templū dei ꝛ sacras imagines / ꝛ similia faceret: haberi deberet de heresi ꝛ idolatria suspectus: ꝛ hoc vel vehemēter vel grauiter vel leuiter: sm̄ q̄ plures cause suspitionē aggrauantes: ꝛ pauciores releuātes ꝯcurrerent. Et hic esset lōgus sermo de mō accusationis taliū corā inquisitore: q̄ñ. s. et q̄ñ nō veniūt iudicialiter in materia fidei vel idolatrie ptractandi. ¶ Casus quintꝰ inuenit vbi quis per falsos testes accusaꝭ atq̄ ꝯuinciꝭ fuisse relapsus in hereses iā dānatas. Ille plane dānabiꝭ ꝛ iuste dānabiꝭ per ecclesiam que nō iudicat de occultis / sed de allegatis ꝛ pbatis p sententiā. ¶ Sextus casus ꝯcidēs cū quarto: vbi q̄s etiā leui suspitiōe notatus de fide: vocatus fuerit ad iudicium / ꝛ venire neglexerit seu contēpserit / aut forte nō potuerit de qua tn̄ impotentia fidē facere nō valebit. Cum eni summꝰ pontifex iuxta pbata prius possit tam doctrinaliter q̄ iudicialiter denūciari / deferri ꝛ accusari corā concilio gnāli in materia fidei et cultꝰ diuini: non repugnat casus istos ꝛ similes in ipso posse reperiri: qui circūdatus est infirmitate: sicut dicit apls experientie voce loquēs.

Consyderatio. XIX.

Auferibilis est vicarius spōsus ecclesie p ecclesiā etiā sine culpa sua: q̄uis nō sine causa. ¶ Tangamꝰ silr casus aliquos. Ubi corā tota ecclesia vel ꝯcilio gnāli pponereꝭ ꝛ pbareꝭ per testes: q̄ papa q̄ forte est detentꝰ inter saracenos iā obijt: ꝛ cū ecclesia iā non possit cōmode diutius remanere sine papa: videtur olno q̄ in hoc casu conciliū poterit creare nouū papam: ꝛ cū non possint esse duo simul: videꝭ q̄ primus erit destitutus p conciliū. Posset etiā destitui vbi cōstaret de vita si de eo ablata esset spes ōnis redeūdi. ¶ Alter casus est vbi quis rite electus in papā efficereꝭ adeo inutilis pp̄ter indispositionē corporalē: ac pp̄ter carentiā perpetuā vsus rationis: q̄ p conciliū iam per eū congregatū dū sane mentis erat / expediret aliter puideri de summo pontifice.

¶ Alter casus est vbi post electionē canonicā alicuius in papā per cardinales: ipsi cardinales oēs morerenꭲ priusq̄ possent electionē suam canonicā publicare / cōstat q̄ ecclesia nō teneꝭ hunc recipere p papa: ꝛ ita posset ad electionē alterius pcedere.

¶ Alter casus similis stat cū priori / vbi nullo mō cardinales etiā viuentes possent facere fidē sufficientē de electione canonica facta circa vnū: qualis casus videtur esse ꝛ fuisse in schismate p̄senti si bene ppendaꭲ. Et ideo circūstantia eius multū iustificat pcessus habitos ꝯtra illos ꝯtendētes ꝛ aduersus cardinales. ¶ Alter casus pp̄ter cōmunes errorē aut estimationē subditoꝝ aut ipsoꝝ maliciā generalē: de quibꝰ non est p̄sumendū q̄ vnq̄ debeant obedientiā prestare tali q̄ fuit in papā rite electus: tamen alteri nouiter eligendo parati sunt: vt forte si greci vellent ad vnitatē ecclesie redire: dūmodo tolleret papa iam existēs ꝛ nouus rite canonice crearet. Confirmat hoc imaginatio casus illius iuxta positionē Innocentij et alioꝝ iuristarū: qui dicunt hominē expresse pfessum in religione posse vxorē ducere p saluatione magne gētis aut ad fidem cōuersione. Cur nō similiter p aliquo tanto bono posset rite electus p ecclesiam aut cōciliū generale destitui bono zelo ꝛ integra charitate?

¶ Casus alter sextus esset vbi p iuramentū ꝛ votum aliq̄s in papā rite electus: seipsum ad cessionē obligasset: sed differret hoc adimplere / in scandalū populoꝝ putantiū ex tali facto pape: q̄ neq̄ iuramentis suis obligātur / neq̄ votis / qualē casū habere videmur in manibꝰ. ¶ Deniq̄ et si casus notati in hac ꝛ p̄cedenti cōsyderatione vix aut nū q̄ visi fuerint: nihilominꝰ expediēs est tangere ad inquisitionē solidiorē veritatis: ꝛ ad ꝯfutationē illoꝝ qui in iuribꝰ suis scriptis oīa particulariter ꝛ sufficienter arbitranꝭ esse decisa.

Consyderatio. XX.

Auferibilis nō est vsq̄ ad ꝯsummationē seculi vicarius spōsus ecclesie: quin aliq̄s certus ꝛ vnicus preficiaꝭ: ꝛ hoc lege stāte ꝛ p̄supposita mūdi duratione lōgissima. ¶ Detur oppositū: tunc ecclesia maneret imꝑfecta vsq̄ ad consummationē seculi: nec suoꝝ gauderet integritate membroꝝ: et presertim membri principalis.

¶ Quocirca cōcludamus sub quadruplici corollario morali conformiter ad p̄dicta ꝛ ad alias cōsyderationes alibi notatas super eadem materia.

¶ Et dicamus primo q̄ hi repugnāt ordinationi christi ꝛ spirituisancto rebelles sunt / qui p̄sentis schismatis terminationē impediūt modis talibꝰ quos sciunt aut scire debent / ad pacem ptinus reducendā esse vel inutiles vel nociuos: vt si quereꝭ fieri pax per reductionē vnius obedientie ad alteram / vel per vim armatā / vl' per dispositionē vnius

ꝙ non sunt ꝓbabiliter ⁊ salubriter expectāda. Nec sufficit dicere: habemus papam christū: sufficit vt credamus in eū: nam talis vnio ad christum ⁊ si sit necessaria/ nō tamen vsquequaq; sufficit vt in ea stemus non ꝓcurando quantū in nobis est vnionem alterā ad vnum vicariū suum in terris: de quo cōstat ecclesie. ¶ Addimus ꝯsequenter ꝑ secūdo corollario: ꝙ hi fallunt ⁊ falluntur qui ꝓpter affectionem qualemcūq; cōmodi vel honoris/ vel amicitie circa alterū contendentiū/ tenderēt impedire suā cessionem ꝑ impletione iuramentoꝝ ⁊ votoꝝ suorum ⁊ pacis datione/ si nollent suā deiectionē vbi hoc agere renuerent/ immo prorsus quāto magis aliquis fuerit amicus tanto ampliꝰ debet hoc querere vt eoꝝ spiritus salvꝰ fiat: et vt pateat omnibꝰ: quia nō zelo malo zelati sunt eos aliquādo/ sed zelo charitatis: licet forte vel error vel deceptio in iudicio particulariū agendoꝝ interuenire potuerit.

¶ Dicamus ꝓterea pro tertio corollario ꝙ hi nutu dei ⁊ spūssancti (sicut credendū est) inspiratiōe tracti fuerūt: qui ad cōuocationē sacri concilij Pisis celebrandi dederunt operā/ ⁊ promptitudinē prestiterūt/ prestāt ⁊ prestabūt. Ille orando/ ille exhortando/ hic ꝓtegendo/ ille comparādo: ⁊ ita de singulis. Impeditores si qui essent nūerandi sunt inter illos de quibꝰ nunc tetigimus: quī rei sunt detrimentoꝝ omniū tam tēporaliū ꝙ̄ spiritualiū ex hoc schismate horrendo nascentiū: qualia vix sufficerit tractatus grādis vel summatim enarrare. Nam quō paratus esset audire ecclesiam qui suā congregationē vel nollet damnabiliter/ vel dānabilius impediret? Hanc cōuocationem pro finali sauto sue ꝓtectionis ad deū/ quesiuit in morte rex francie Karolus quintus. Ad hanc esse debet finalis resolutio omniū qui de schismate nolunt incere pari apud deum/ immo ad hoc tendit neutralitas accepta si bene capiat. ¶ Dicamus ad extremū ꝑ quarto corollario ꝙ hi qui sacrū conciliū pisanū constituerāt/ sufficientē habebant autoritatē deijciendi duos contēdentes aut suos cōplices: si noluerint parere dictatis ꝑ hoc conciliū in cessione facienda realiter ⁊ de facto ⁊ scito ⁊ alijs requisitis. Potueruntq; procedere ad electionē vnius tertij vicarij qui tertius ⁊ indubitatus ab ecclesia poterit ⁊ debebit reputari. Etiā vbi non oēs obedire vellent sic electo: quod tamē non est indebite ꝓsumendum. ¶ Ecce ergo viginti cōsyderationes quodā ordine geometrico se sequētes. Que iunctis alijs sedecim in quarū qualibet initiū est vnitas ecclesiastica. Additis quoq; alijs quatuor dudū tarascone ꝑdicatis: reddūtur .xl. consyderationes. Et hec qualē possint afferre studiosioribus cognitionis materiā sit eoꝝ iudicium qui viderint. ¶ Postulemus tandē vt inauferibilis spōsus ecclesie christꝰ vicariū certū ⁊ vnicū nobis insinuat: ad gloriā nominis sui ⁊ nostrā omniū salutem: prestante eodē qui est benedictus in secula seculoꝝ: Amen.

¶ Sedecim ꝯsyderationes quarū hic mentionē fecit/ paulo post subsequentur .iiij. A. Quatuor alie in sermone tarascone ꝑdicato: qui incipit: Apparuit gratia dei ⁊c̄. etiā subiungētur, vi. M.

Sententia magistri

Joannis de Gerson de modo habendi se tempore schismatis.

Ad tollendā quorundā in presenti schismate ꝑtinaciā/ simprobitatēq; nimiā specialiter in patria Flandrensi: si pro meritis aut falsis assertionibus suis certissima et ꝑniciosissima schismata formāt ⁊ fraternā violāt charitatē. Dum holes ab obedientia debita suoꝝ superioꝝ auertunt. Dū postremo pro instabili sua opinione ⁊ humana traditione legem dei sanctā ⁊ stabilem deserere/ contēnere ⁊ violare cōpellunt. Dignū duxi quedā fundamētalia ꝑ me posita saluo semꝑ in oībus superioꝝ ac sapientiorū iudicio nūc sub aliquarū conclusionū compendio ponere.

¶ Quocūq; de papatu contendentiū demonstrato nō est hereticū dicere. A. nō est papa. ¶ In casu ꝓdicto stat aliquos esse apud quos istud ꝑtinaciter asserere. A. non est papa sapit heresim. ¶ In schismate ꝓsenti tam dubio temerarium/ iniuriosum/ ⁊ scandalosum est asserere oēs tenētes istā partē vel alterā vel omnes neutrales etiā absolutos esse vniuersaliter extra statum salutis vel excōmunicatos vel rationabiliter de schismate suspectos. ¶ In schismate ꝓsenti licitum/ imo cautum est prestantibꝰ obedientiā isti vel illi: eam sub conditione tacita vel expressa tribuere. ¶ Quacūq; parte demōstrata temerariū ⁊ scandalosum: ⁊ sapiens heresim est asserere: sacramēta ecclesie suā efficaciā non habere: aut sacerdotes nō esse cōsecratos/ pueros non esse baptizatos/ sacramentū altaris nō esse confectū/ ⁊ similia. ¶ In schismate ꝓsenti temerariū ⁊ scādalosum est asserere/ quacūq; parte demonstrata: ꝙ nō licet audire missas eorū vel sacramētis nō cōmunicare: ꝓsertim attenta diuersitate locoꝝ/ tempoꝝ atq; personaꝝ. ¶ Possibile est aliquos vere parti assentiētes esse veraciter schismaticos ⁊ aliquos false parti modo predicto assentiētes/ schismaticos nō existere. Salubriꝰ iustius ⁊ tutius est querere vnitatē ecclesie insistēdo circa contēdentes de papatu: ⁊ hoc per viā cessionis vtriusq; vel subtractionis obedientie/ vel alterius licite coactionis ꝙ̄ subditos ꝑ excōmunicationis censurā vel aliter vexare seu turbare: aut ꝙ vna pars christianitatis ab alterius cōmunione ꝑtinaciter separet. ¶ Ratio prime ꝯclusionis hec est: quoniā nulla ꝓpositio ad cuius verificationē exigit veritas vnius ꝓpositionis ꝯtingentis ⁊ ad fidē impertinētis est de necessitate aut integritate fidei. Nā sicut ꝓpositio copulatiua cuiꝰ vna pars est cōtingens/ est tota ꝯtingens: cuiꝰ vna pars est falsa aut impossibilis/ est tota falsa aut impossibilis: sic in ꝓposito. Constat aūt ꝙ ad verificationē illius. A. est papa: exigit nō solū vna/ sed multe cōtingentes pure esse veras: vt ꝙ electio sit rite celebrata: ⁊ ab illis qui habebāt potestatē ⁊ consimiles multe. Ex simili ratione colligit ꝙ quocūq; sit

cerdote demõstrato/ista nõ ẽ heretica/iste nõ est sacerdos: et consequẽter sequit᷑ q᷑ nec ista: hoc nõ est corpus christi in altari ꝛc. ¶ Ratio secũde ppositionis: qm̃ ppositio dicit᷑ sapere heresim qñ ex ipsa coassumptis aliquib⁹ veris/que rõnabiliter negari non possunt sequit᷑ error in fide: sed possibile est aliquos hoies p reuelationẽ vel aliter sic certificatos esse q᷑ oĩa rite facta sunt in electione et cõsecratione eius in papã A. q᷑ rationabiliter dubitare tũc non possunt. Si negãt A esse vel fuisse papam incidũt in errorẽ illũ q᷑ rite electus et ꝯsecrat⁹ in papã non est nec vnq̃ fuit papa: et q᷑ nõ succedit
y petro: et similia q̃ sunt heretica. ¶ Ratio tertie cõclusionis: qꝛ multi sũt ex vtraqꝫ parte et neutrales quib⁹ non est materia ista clarificata: quin rõnabiliter possint negare vl̃ dubitare istam ppositionẽ quocũqꝫ contendentiũ demõstrato. A est aut fuit rite electus. A nõ est schismaticus aut hereticus: et cõsimiles: ad quas sequit᷑: A nõ est papa. Assumptũ docet experientia: et tot doctoꝝ diuerse aduerseqꝫ sententie. Et constat multos esse simplices q̃ ad talia dubia inuestigãda nõ tenent᷑ alios sequi: nec mouent᷑ fauore vel odio seu questu ad nõ consentiendũ huic parti vel illi: et parati sunt obedire veritati sufficiẽter agnite: nec sunt ptinaces: igitur nec excõmunicati/nec de schismate rõnabiliter suspecti. Tota ratio fundat᷑ in hoc q᷑ nunq̃ fuit tam rationabilis vehemens causa dubitationis in aliquo schismate sicut in isto. Cuius signũ euidens est varietas opinionũ doctoꝝ/et inter doctissimos et pbatissimos ex vtraqꝫ parte: quinetiã suppletis eis que facti sunt cõcessis adhuc restarent questiones iuris ad vtrũlibet disputabiles que oĩa incertitudinẽ rationabilẽ generãt in hoc schismate: et ab errore pernicioso plures excusant. Potest igitur illud dici rõnabiliter dubitabile qd̃ plurimi et maxime sapiẽtes dubitabile reputant et pdicant.

¶ Ratio quarte cõclusionis colligit᷑ ex pcedenti: et per simile de adoratiõe hostie in altari/dũ occurrit aliqua dubitatio: q᷑ presbyter celebrans nõ cõpleuerit oĩa rite ad consecrationẽ requisita: sufficit eñ adorare sub cõditione implicita: imo semp debet subiungi ꝯditio implicita: ista videlꝫ vel similis: si oĩa rite facta sint ſm institutionẽ christi et ecclesie. Cur igit᷑ in casu psentis schismatis tã dubio/et quod nõ tam pprie tãgit statũ salutis et fidei nõ poterit aut debebit apponi conditio ista vel cõsimilis: si talis fuerit canonice electus et ꝯsecratus et nõ sit heretic⁹ aut schismatice deprauat⁹. ¶ Ratio quinte cõclusionis manifesta est aduertẽti: qm̃ neqꝫ schisma neqꝫ hereses neqꝫ aliud quodcũqꝫ vitiũ obstat in ministro quin sacramentoꝝ collatio habeat suam efficaciã: dũmodo ꝯferentes intẽdãt id facere qd̃ christus et ecclesia instituerũt: et recipiens illud recipere: sicut rõnabiliter psumi debet de oĩbus. ¶ Ratio sexte ꝯclusionis manifestat᷑ ex pcedẽtibus: qm̃ nihil debet rationabiliter a talib⁹ impedire excõmunicatio lata/si nõ assit ptinacia. Nunq̃ excõmunicatio intendit᷑ ferri nisi in ptinaces/qui nõ sunt parati audire ecclesiam. Alioquin frustra ferret᷑ excõmunicatio/imo damnabiliter et in ecclesie destructionẽ. Non aũt data ẽ potestas ministris ecclesie quibuslibet ad destructionẽ/sed ad edificationẽ ſm apostolũ: quẽadmodũ medicina dat᷑ prout ꝯferre possit sanitati/et sanitas rõni. Sic finis excõmunicationis est subditoꝝ emendatio: q̃ si clare p excõmunicationẽ videat᷑ aut videri debeat nõ sequi emendatio: vel fructus dãnabilis in opposito cõferri videat᷑ ſm Augu. in parabola de zyzaniis. Matt. xiii. cũ ibidẽ notatis. ¶ Rursus ista cõclusio aperte trahitur ex tertia et quarta ꝯclusionibus. Si eñ multi ex vtraqꝫ parte sunt in statu salutis/et non ptinaces: imo parati stare et morum veritate agnita sufficiẽter: aut qui sub ꝯditiõe etiã false parti assentiunt: que ꝯditio etiã eosdẽ ab errore damnabili reddit excusatos: cõstat q᷑ tales nõ debuerũt nec potuerũt rationabiliter excõmunicari: et p consequẽs nec eoꝝ cõmunicationẽ phibemus. ¶ Si dicat᷑ q᷑ etiã excõicatio iniuste lata timẽda est. Hec ppositio male itelligit᷑ a plerisqꝫ et scrupulos varios et periculosos ingerit. Tamen quantũ ad psens sufficit respondet᷑: q᷑ si lator non reputet᷑ iudex/eadẽ executione qua hoc fit/põt consequẽter excõicatio nõ tenere. Et qꝛ multi tenẽtes vnã partẽ/debent rationabiliter tenere q᷑ alii sint in statu salutis non pertinaces: et parati stare iuri agnito: imo qui forte suo pape assentiunt sub ꝯditione/possunt ex hoc cõmunicationẽ eis impẽdere. Non eñ debent suo pape tale crimẽ imponere q᷑ voluit hoies non ptinaces excõicare: vel eos q̃ tenent antipapã: sub cõditione tñ rationabiliter apposita: si et inquantũ fuerit rite electus/et nõ aliter a cõione ecclesiastica canonica segregare. ¶ Ratio septime ꝯclusionis est: qꝛ stat aliquẽ vere parti z
assentientẽ et pertinacẽ esse: q᷑ vel ppter questũ/vel ppter vanã gloriã vel aliã causam nõ habet animũ paratũ ad obediendũ veritati agnite: si p ecclesiam vel aliter repiret᷑ eundẽ errare: vel etiã dum in tanto dubio inuoluto p sua assertiõe sustinẽda/separet se a mẽbris veris et viuis ipsius ecclesie. Casus sunt multi de parte opposita vt dictũ est. Nõ est eñ schisma tñ in separatione mẽbroꝝ a capite sed etiã in separatione ptinaci mẽbroꝝ ab inuicẽ. Ex quo ꝯseqnter habet᷑ q᷑ temerariũ et periculosũ est ptinaciter vnã partem vel alterã impugnare: et ab eiusdem cõmunione eã detestando declinare. Altera pars ꝯclusionis patet ex tertia cõclusione.

¶ Rõ octaue ꝯclusionis ꝑspicua est ex pcedẽtib⁹ qm̃ vbi radix et origo talis vel principalis ipsius schismatis ꝯsistit ibi eradicatio fieri debet: aut antidotũ sumi p vnitatis adeptione. Ipsi eñ sunt q̃ peccauerũt: alii aũt qui oues sunt/quid meruerũt? Ipsi sunt ppter quos tẽpestas orta est i mari. Dederũt denics et dant scandalũ/ppter qd̃ ad illud remouẽdũ de necessitate salutis obligant᷑. Nõ negãdũ tñ est q᷑ q̃libet p parte sua obligat᷑ ſm donũ a deo sibi prestitũ querere q̃ ad pacẽ sunt: hic orãdo/ille monẽdo/alter docẽdo. Ultima pars q᷑ nõ expedit vnã partẽ gñaliter vitare alterã/et facere schisma in principalioribus actib⁹ religionis christiane: et fraternã charitatẽ violare: patet ex pcedentib⁹/et principalr̃ ex qnta ꝯclusione et sexta. ¶ Uerꝫ ẽ eñ

ꝙ ſingularitas in opinione ꝓpria ꝯtumaciter alios condẽnans/incõparabiliter videt̃ eſſe periculoſioꝛ ⁊ deterioꝛ ꝙ̃ cõicatio fraternalis ꝑ charitatẽ: que eſt cõpago mẽbꝛoꝝ eccleſie ſub intẽtiõe ſemꝑ recta ⁊ firma de obediẽdo eccleſie. Etenĩ qui aliter agit ꝓ incerto vero: ille ſe exponit certe violatiõi fraterne charitatis. ❡ Nec oportet allegare iura ſuꝑ periculis ⁊ maledictionib⁹ eoꝝ qui nõ obediunt ꝑceptis ⁊ inſtitutionib⁹ ſummi põtificis ⁊ ſententijs. Habet enĩ locũ taliũ allegatio apud illos ꝗ nulla poſſunt rõnabili cauſa excuſari: quin ſciãt vel ſcire debeãt talẽ vel tales eſſe ſuũ ſuperioꝛẽ. Si vo eſt ignoꝛãtia ꝓbabilis: ſicut eſt in p̃ſenti ſchiſmate apud mltos de vtraq̃ obediẽtia: ⁊ apud neutros nõ reputant̃ talibus ſentẽtijs alligari. ❡ Ex oĩbus p̃dictis videnť poſſe elici quedã documẽta. ❡ Primũ eſt quod in p̃ſenti ſchiſmate põt apud plurimos applicari rõnabiliter documentũ Ambroſij ad Auguſtinũ de ieiunãdo vel nõ ieiunãdo ſabbata ſm diuerſitatẽ tempoꝝ/locoꝝ ⁊ ꝑſonarũ. ❡ Poteſt ſine periculo ſchiſmatis aut damnationis/nũc illi/nũc iſti modis iſtis obedire: ⁊ nũc cum iſtis nunc cũ alijs cõmunionẽ preſtare. Et hoc totũ dicit̃ propter ꝓbabilẽ ignoꝛantiã iuris iſtius vl̃ illius partis. ❡ Et ſuppoſito ꝙ ab initio ſchiſmatis forte tentãda fuiſſet alia via: ad ſciendũ ſi ꝑ excõicationes aut p̃dicationes vel aliter: oẽs ad vnã obedientiã trahi potuiſſent. Attamẽ cognito per experientiã ꝙ talia nihil ꝓficerent: imo nocuerũt ꝙ de die in diẽ maioꝛ inuolutio ſequit̃: videt̃ faciẽdum vt dictũ eſt. ❡ Secundũ documentũ ꝙ inter oẽs eiuſdẽ obedientie expedit adherere ſententijs latis a ſuo ſupioꝛe credito: alioquin nõ eſſet vinculũ charitatis. ❡ Tertiũ documentũ eſt de caſib⁹ reſeruatis pape/de diſpẽſationibus ⁊ alijs in foro ꝯſcientie/vel publico poſſunt hoĩes ſm credulitatẽ ſue partis: ⁊ ſeipſos quietare ꝓ facto tenẽdo id quod eoꝝ ſuperioꝛ creditus fecerit. Neutrales aũt videnť habere ſufficientẽ recurſum ad oꝛdinarios apud quos ſm eorum opinionẽ cõiter loquẽdo/eſt poteſtas deuoluta. ver. Fac pacẽ chriſte de ꝙ̃ tractatulus iſte Diſputat: atq̃ pia mediatrix eſto maria. Paſtoꝛ ⁊ eccleſie de⁹ en grex nũc balat ad te. Ergo cauſa tui nũc miſerere ſui. Finis.

Tractatus qui aſcribit̃ Joanni de Gerſon.

Qualis fuerit ſtat⁹ eccleſie in veteri ⁊ nouo teſtamẽto: ⁊ qualiter eccleſia fuerit erecta tẽpoꝛibus p̃dictis/⁊ quot ſchiſmata/et quot intruſiones fuerũt in eccleſia romana: ⁊ qualiter in ſchiſmatibus p̃teritis fuerit actum ſm veras chꝛonicas.

Poſtq̃z ſupioꝛ ſtatus ⁊ effect⁹ p̃ſentis ſchiſmatis: ac acta ⁊ agẽda in vniuerſali eccl̃ia/⁊ ſpecialiter in Roma: ſm veros ꝓphetas digeſta ⁊ notata ſunt. Pro plenioꝛi noticia p̃dictoꝝ acuit̃ ſtilus: vt ſm veras chꝛonicas ⁊ approbatas: ⁊ ſpẽaliter antiſtis noſtri reuerẽdi archiepiſcopi Euſontini veriſſimi antiquitatũ relatoꝛis ⁊ fratris Ptholomei de Luca venerabilis chꝛoniſte ſtatus ⁊ acta p̃terita in dicta eccleſia lucidius cognoſcant̃/⁊ ſciant̃ a lectoꝛibus. Jnuenim⁹ enĩ ego Theofoꝛus ⁊ ſocius meus chariſſimus frater Euſebius in p̃dictis ⁊ alijs chꝛonicis: vt infra dicit̃ fideliter referẽdo ꝙ̃ Euſontinus ⁊ Ptholome⁹ geſta ⁊ acta romane eccleſie denotarũt: a natiuitate chꝛiſti vſq̃ ad annum dñi. M. ccc. xvi. a quo tꝑe citra nullũ ſchiſma fuit in eccleſia dei/vſq̃ ad iſtud nouiſſimũ tẽpus petri de luna ⁊ Angeli caroꝛio. ❡ Ex quarũ chꝛonicarũ lectione clare reperim⁹: ꝙ eccleſia tã in veteri teſtamẽto ꝙ̃ in nouo exigẽtibus peccatis et malicia ſathane multas tribulationes paſſa eſt. Tamẽ ab oĩ tribulatiõe ipſam ſemꝑ deus liberauit/cũ ipſi humiliter ⁊ ꝯtrito coꝛde ad deũ conuerſi ſunt veniã petẽtes ⁊ maioꝛẽ quietẽ. Aliqua in nouo teſtamẽto habuit eccleſia dei a deſtructione Frederici imperatoris ſecũdi vſq̃ ad tꝑa bone memoꝛie dñi Greg. pape. xi. que quies ⁊ abũdantia diuitiarũ reduxerũt eccleſiã in peccata ⁊ vitia: ꝓpter ꝙ̃ eccleſia patitur p̃ſens ſchiſma: ⁊ multa diſcrimina ⁊ maioꝛa patiet̃. ❡ Jn veteri autẽ teſtamento eccleſia multas tribulationes paſſa eſt. Primo decẽ plagas dum fuit ĩ terra egypti. Jtẽ in tꝑe habite paſſionis terre ꝓmiſſionis vſq̃ ad tẽpli edificationẽ. xi. perſecutiones paſſa eſt eccleſia. Jtẽ poſt templi edificationẽ ſuſcitauit duriſſimã iacturã ⁊ ſchiſma: quod fuit inter roboam ⁊ hieroboã. Jtẽ ſuſcitauit trãſmigrationẽ totius ſacerdotij ⁊ deſtructionẽ tẽpli in babyloniã per patrẽ Nabuchodonoſoꝛ. Jtem paſſa eſt tẽpoꝛe Nabuchodonoſoꝛ: quo tꝑe multi fuerũt pſeudo pontifices maximi ⁊ ſchiſmata: clerus magnã perſecutionẽ paſſus: ⁊ fuit vltima ĩ veteri teſtamẽto. Cui ꝑſecutioni p̃ſens ⁊ ꝑſecutio frederici tertij/⁊ magni vltimi antichꝛiſti futuri ſimiles erũt ſm abbatẽ Joachim libꝛo de vltimis tribulationib⁹. ❡ Jn nouo autẽ teſtamento eccleſia etiã varias ⁊ diuerſas ꝑſecutiones paſſa eſt exigẽtib⁹ peccatis ⁊ ope nature humane hoſtis. ❡ Jn primitiua enĩ eccleſia ſummi põtifices/apoſtoli/p̃lati ⁊ alius clerus/oppꝛobria/damna ⁊ iniurias et moꝛtis diuerſa martyria paſſi ſunt. ❡ Jtẽ ceſſantibus martyrijs ⁊ creſcẽte dicta eccleſia a Conſtantino magno ⁊ ab alijs pꝛincipib⁹ a populo chꝛiſtiano inceperũt hereſes Menandri pꝛimi heretici Arrij/⁊ alioꝝ hereticoꝝ/maxima ſcandala generãtes in eccleſia dei. ❡ Poſtq̃ autẽ in eccleſia multiplicata ſunt dominia in tꝑalibus ⁊ ſpiritualib⁹ inceperũt intruſiones ⁊ ſchiſmata ĩ romana eccleſia: ꝓpter que dominia ⁊ poteſtates ꝯtinue fuerũt odia ⁊ rancoꝛes inter ſummos pontifices/ imꝑatores romanos ⁊ dños tẽpoꝛales. Que ſchiſmata fuerunt viginti cũ p̃ſenti ⁊ intruſiones. xli. ❡ Quorũ pꝛimũ ſchiſma incepit anno natiuitat̃ domini ccxliiij. inter pꝛimũ Corneliũ ⁊ nouacianũ. ❡ Secundũ ſchiſma fuit anno. cccliij. inter Liberiũ ⁊ felicem. ❡ Tertiũ anno. ccclxxuij. inter Damaſum pꝛimũ ⁊ Urſinum. ❡ Quartũ ſchiſma fuit anno

ccccxxvij. inter Bonifaciū primū ⁊ Eulaliū p̄sbyterū. ¶ Quintū anno dn̄i. dxvi. inter Simachum primū et Laurentiū. ¶ Sextū anno. dccxxiij. inter Bonifaciū ⁊ Dyoscorū. ¶ Septimū. dcclij. inter Stephanū tertiū scīm virū/ ⁊ Cōstantinū secūdū: q̄d schisma si bn̄ videat̄ quasi p̄ oīa sile est instāti schismati: ⁊ plꝰ assimilat̄ p̄senti schismati q̄ alia p̄terita. ¶ Octauū schisma fuit anno. dcccxlviij. inter Eugenium scōm ⁊ Sisinnum. ¶ Nonū fuit dcccxxx. inter Leonē quintū ⁊ Christoferū p̄sbyterū. ¶ Decimū fuit anno. dccclxij. inter Joānē secūdū nobilē romanū ⁊ Leonē octauū. ¶ Undecimū fuit. dccclxviij. inter Gregoriū quintū ⁊ Joannē episcopum Placentinū. ¶ Duodecimum dcccxcix. inter Benedictū nonū ⁊ Leonē p̄dictū.

¶ Decimūtertiū. M. xxxvi. tp̄e Benedicti octaui q̄ a romanis eijcit̄ ⁊ alius intrudit̄: postea Benedictꝰ restituit̄. ¶ Decimūquartū schisma fuit anno. M. lij. tp̄e Benedicti: qui cū iā sedisset multis annis aliq̄ꝫ fuit electi/ expulso Benedicto.

¶ Decimūquintū fuit. M. lxviij. inter Alexādrū secundū ⁊ Codullū episcopū Permēsem. ¶ Decimūsextū fuit. M. lxxxv. inter Gregoriū ⁊ episcopū Permēsem. ¶ Decimūseptimū schisma fuit M. c. inter Pascalē secundū ⁊ tres p̄latos q̄ nomē ⁊ officiū occupauerūt fauore heritici imp̄atoris.

¶ Decimūoctauū fuit. M. cxi. inter Gelasiū scōm ⁊ Bitodinum Hyspanum. ¶ Decimūnonū fuit M. cxxxi. inter Innocentiū scōm/ ⁊ Petrū leonis ¶ Uicesimū anno. M. clix. inter Alexādrū tertiū ⁊ q̄tuor schismaticos. ¶ Uicesimūprimū schisma fuit tp̄e Lodouici de Bauaria: q̄ Lodouicꝰ veniēte ⁊ regnāte Joāne. xxij. q̄ ioānes assumptꝰ fuit ad papatū Anno dn̄i. M. cccxix. fecit fieri antipapā fratrē Petrū de Carbario ordinis minorū/ a q̄ coronā imperij recepit. Tn̄ facta doctorū antipape ⁊ antiimp̄atoris annullata fūt infra annos. ¶ Uicesimūsecundū schisma p̄sens est ⁊ meliꝰ coloratū aliquo alio p̄pheratū a spūscō p̄ punitiōe cleri ⁊ reformatiōe ecclesie. Circa quorū intrusionē schismatū cōfictionē p̄cessuū ordinationē/ ablationē ⁊ finē ex flore supradictorū notūest. ¶ Et pōt notari singulariter q̄ oīa ⁊ singula schismata ⁊ intrusiones p̄dicta ↄficta fota ⁊ nutrita semp̄ fuerūt ope ingenio ⁊ inuidia pessimorū sacerdotū ⁊ cleri dei: sibi semp̄ fauētibꝰ ⁊ auxiliantibꝰ imp̄atoribus ⁊ populo romano: excepto Karolo magno ⁊ tribꝰ Ottonibꝰ primis de saxonia: q̄ ecclesiā multū afflictā semp̄ erexerūt. ¶ Itē notamꝰ q̄ in oī schismate s̄p ille vicit ⁊ obtinuit q̄ habuit ius siue p̄mo siue scōo electus fuisset. Et semp̄ antipapis ⁊ sequacibꝰ male successit. ¶ Itē in oī schismate iste papa visus est habere ius ⁊ obtinuit q̄ electꝰ fuit a maiori parte electorū ⁊ habētiū vocē in electionē papatꝰ ¶ Itē notamꝰ q̄ de ↄuersione magni Constātini circa ⁊ postq̄ roma ⁊ maxīa pars fidez christi agnouit q̄ imp̄atores romani vel populꝰ romanꝰ. xxv. veros summos pōtifices expulerūt de Roma: ⁊ ipsos diuersis penitētijs afflixerūt iniuste: quorū summorū pontificū nōia sunt hec: Julius p̄mus/ Simachꝰ/ Silueriꝰ primꝰ/ Uigiliꝰ primꝰ/ Martinꝰ primꝰ/ Leo tertius/ Eugeniꝰ secūdus/ Joānes octauus/ Leo quītus vel sextꝰ/ Joānes decimꝰ/ Benedictꝰ octauꝰ/ Joānes decimusquartꝰ/ Joānes decimussextus/ Gregoriꝰ quītus/ Benedictꝰ nonus/ Gregorius septimꝰ/ Uictor tertius/ Pascalis secūdꝰ/ Alexāder tertius/ Bonifacius sextus. ¶ Itē notatū fuit q̄ reges frācie q̄ pro tp̄e fuerūt nunq̄ in aliquo dictorū schismatū adheserūt schismatico: sed semp̄ veris pōtificibus/ imo q̄d plus est reges francie octo summos pōtifices de sede expulsos posuerūt ⁊ reduxerūt in romā in sedē p̄priā: quorū summorū pontificū sunt hec nōia. Uigiliꝰ vel Eugeniꝰ Leo/ zacharias/ Stephanꝰ/ Calixtꝰ/ Innocentius/ Alexāder tertius ⁊ Pascalis. ¶ Itē singulariter notatū est: q̄ q̄ñcunq̄ ecclesia in schismate vel alio mō vacillauit semp̄ ecclesia erecta fuit p̄ aliq̄s p̄ncipes seculares: vt per Karolū magnū/ Ottones de saxonia/ reges francie/ cōmune Pisis seu pisanos: ⁊ diuersos alios. Nūq̄ em̄ ecclesia relapsa vl̄ vacillās suis opibus vel viribꝰ se erexit. ¶ Itē singulariter est notatū q̄ nunq̄ in schismate p̄ ecclesiam ↄciliū generale fuit vocatū. Sed illi q̄ fuerūt in schismatibꝰ veri pōtifices vocauerūt ↄcilia particularia in diuersis locis p̄ut videbat̄ sibi expedire. ¶ Tn̄ nō reperio aliq̄d schisma sine ↄcilio aliq̄ fuisse ablatū. ¶ Itē reperio q̄ tp̄e Gregorij sexti ⁊ Clemētis secūdi: quo tp̄e erat schisma in ecclesia q̄si Henricus imp̄ator ↄuocauit ⁊ ↄgregauit ↄciliū ḡnale nō vocatis papa nec cardinalibꝰ q̄ erāt discordes: ⁊ q̄d ibi ordinatū fuit/ valuit ⁊ seruatum fuit in ecclesia nō obstāte absentia pape ⁊ cardinaliū. ¶ Itē notatū est q̄ aliq̄ in sede ap̄lica ⁊ tenentes pacē iuste suis tēporibꝰ regnauerūt sine schismate: quorū nōia sūt hec: Joānes. x. Joānes. xvij. Siluester. ij. Damasus/ ⁊ victor. ij. ¶ Itē notādū est q̄ Leo papa. iiij. dubitās ne eiꝰ electio esset bona renūciauit papatui: tn̄ cardinales vidētes eius bonitatē reelegerūtq̄ꝫ ipsum. Et idē ↄtigit Honorio. ij. natione Bonon̄. ¶ Schismata supradicta fideliter extracta sunt a supradictis chronicis: q̄ patēt oībus volentibꝰ eas audire. ¶ Finis.

Tractatus eiusdem

Joānis de Gerson de vnitate ecclesiastica.

VNitatis ecclesiastice tractatoribus: vnus ex zelatoribꝰ eiusdē pacis viam feliciter inuenire. Et si alligatū corpus vinculis occupationū teneat̄ ne p̄gat ad sacrū conciliū Pisis deo auspice celebrandū: nihilominus verbū dei (sicut dicit ap̄l's) nō est alligatum. Propterea decreuit sp̄us promptus/ ⁊ pacis auidissimus verbū aliq̄d dei literulis insertū quaquauersum spargere qua infirma nequit ire caro. Non quidē ad determinādū absit hec temeritas/ sed ad examinandū ⁊ dandū sapientibꝰ occasionē ⁊ offerendū in tabernaculo dei cū hoībus id quod ex talento qualiscūq̄ꝫ scientie cōmissum est.

Unitas quippe ecclesiastica ad vnū certum christi vicariū stantib⁹ terminis in quib⁹ est ecclesia / Anno dñi. M. cccc.xl. xix. Januarij nō est retardāda ꝓpter allegationes quasdā ex iurib⁹ positiuis sumptas ꝯtra celebrationē ꝯcilij gñalis: aut viā cessiōis vt ꝙ ꝯciliū nō pt celebrari sine autoritate pape. Q, spoliat⁹ añ oīa debz restitui. Q, recusandi sūt tāquā inimici q̄ subtraxerūt se ab obediētia. Et allegari pt iust⁹ metus: Q, pape nemo dicere pt: cur ita facis? ꝑsertim si nō sit expsse errās ꝯtra articlos fidei: cū a nemie valeat iudicari: ⁊ nemini sit subiectus: nec possit effici schismatic⁹. Q, piculosū ē pastori deserere gregē suū cedēdo. Rursus ꝙ quilibz fecit debitū suū ꝑ ecclesiastica vniōe nec ē i culpa. Deniq ꝙ inquirēdū ē de iusticia ꝑte ptis / sine cui⁹ cognitiōe nō pnt hi q̄ errauerūt penitere: ⁊ si q̄ sunt silia. ¶ Ponūt igit̄ aduersus istas ꝯsyderatiōes. xij. gñales: quoꝝ explicatio spēalis sufficit studiosis ista reuellere.

Consyderatio prima.

¶ Unitas ecclesie gñalis sicut impedita est ꝑ diuisiones filioꝝ suoꝝ tanquā mēbroꝝ putrescētiū ⁊ contra deū peccātiū: naz pctā nostra iuxta verbū ꝓphetiū diuiserūt inter nos ⁊ deū. Sic ꝑ vnionē oppositā. s. ꝑ recōciliationē cuiuslibet ad deū corrigēdo ꝓ nos mores / hūiliādo se ⁊ orando / rursus debz hec vnitas impetrari: alioqn manēte cā schismatis q̄lis de sua cessatiōe poterit spes haberi: nisi tm̄ in pura gr̄a dñi nr̄i iesu christi / q immeritis ⁊ igratis ꝯferre solz magna: nihilominus coadiutores ei⁹ esse nos optz: nūc ꝑcipue qn pacis inimic⁹ semꝑ acri⁹ quāto redit⁹ pacis ꝓpinquior appet: imittet quiq̄ si poterit validissimū ad ꝯtinuationē schismatis ipedimētū / diuisiōes. s. iter eos q̄ ꝓsecuturi sunt vnionē ministerio supbie / cupiditatis aut inuidie.

Secunda consyderatio

ꝯtra pmā allegationē.

B ¶ Unitas ecclesie essentialis sp̄ manet ad christum spōsum suū. Nā caput ecclesie christ⁹ / in quo sum⁹ oēs vnū sm aplm. Et si nō hz vicariū / dū. s. mortuus est corpalr vel ciuilr: vel qz nō est ꝓbabilr expectandū / ꝙ vnquā sibi vel successorib⁹ suis obediētia ꝓstet a christianis: tūc ecclesia taz diuio quā naturali iure cui nullū obuiat ius positiuū rite intellectū / pōt ad ꝓcurādū sibi vicariū vnū ⁊ certū / semet ꝯgregare ad ꝯciliū gñale repñtās eā: ⁊ hō nō solū autoritate dñoꝝ cardinaliū / sz etiā adiutorio ⁊ auxilio cuiuscūq ꝓncipis vel alterius christiani. Nō eñi hz corpus ecclesie mysticū a christo ꝑfectissime stabilitum min⁹ ius ⁊ robur ad ꝓcurationē sue vniōis / quā corpus aliud ciuile / mysticū vel naturale vel: neq eñi est de immediato ac imutabili iure diuio vł naturali / ꝙ ecclesia se nō possit ꝯgregare ⁊ vnire ⁊ sine papa aut sine aliquo pticulari statu vel collegio / vbi l casu cadere pt mors vel error.

Tertia consyderatio

contra scdam allegationem.

¶ Unitas ecclesie ad vnum certū vicarium christi quodammō accidentalis atq mutabilis est / nō debet impediri minime vel differri ꝓpter contentionem duorum de papatu / aut fautorum suorū si q̄ rant sic manere ꝑ allegationes iuriū positiuoꝝ: et iustificatiōes varias: ⁊ ꝙstiōes ꝙ sūt spoliati: ⁊ ꝙ debent ante omnia restitui vel aliunde. Sed videtur expediens ꝙ ea que retro sunt obliuiscētes isti de concilio / in anteriora sicut aplus loquit̄ / se extēdant: vt iuxta narrationē ab Augu. ꝯmemoratam / plus quęrat̄ quomodo liberabit̄ ecclesia ab hac schismatis fouea ꝓfundissima / quā qualr ⁊ a quib⁹ in eaz est prolapsa.

Quarta consyderatio

ꝯtra sexta allegationem.

¶ Unitas ecclesie ad vnū certum christi vicariū sic amanda est / vt ꝑ sua adeptione possint rōnabiliter plurima mala singularium ꝑsonarum dimitti / nūc vel in posteꝝ sine pena. Et quędam vera singularia iura possunt differri: sic ꝙ fiat cessatio voluntaria de eis / vel etiam coacta ꝑ auctoritatē concilij. Hoc nimiꝝ dictat nature lex / vt pars quilibet ꝑ suo toto saluando se det ⁊ exponat. Q, si quis ꝯtendētium iustificare se seu iniuste secum agi conicēderit dicat̄ ei: tu te tuaq omnia debes ecclesie: tu qui pastorem te nominas / quātumcūq sis innocens / debes ꝑ ea vł saluāda / vel vnicēda / vel non grauiter scandalizanda paratus esse ponere vitam ꝓpriā: quanto magis quamlibet dignitatem quęrendo que sunt iesu christi: ⁊ hoc non sm dictamen ꝓprium vel carnale / sed publicū ⁊ incorruptū spūale / ꝓut ꝯcilium quod vtiq sapiens est / iudicabit. Neq ꝑ sus hoc agendo deseres gregē: sed pasces / vniens ⁊ manere diceberis.

Quinta consyderatio

¶ Unitas ecclesie ad vnum christi vicariū nō habet necesse ꝙ nunc ꝓcuretur seruando terminos literales / aut cerimoniales iuriū positiuoꝝ / aut processuum ordinarioꝝ / in euocationib⁹ / accusationibus / dilationibus aut similibus: sz summarie ⁊ de bona grossaq equitate potest ꝓcedere ꝯciliū istud gñale. In quo residebit sufficiēs autoritas iudicialis vtēdi epikeya. i. interꝑtādi oīa iura positiua: ⁊ ad finē celeriorē ⁊ salubriorē hūde vniōis eadē adaptādi: aut si op⁹ fuerit relinquendi. Nō eñi ꝑ ecclesiastica pace ⁊ salute institutū est / si rite ⁊ nō tyrannica malignitate fuerit istitutū / nō dz ꝯtra eā militare ne ptās data videat̄ ꝯstitutiōib⁹ hūanis in destructione ecclesie / nō in ei⁹ edificationē. Autoritas ꝟo doctrinalr vtēdi epikeya / residet ꝓncipalr apud peritos in theologia q̄ est architectoria respectu aliaꝝ. Et ꝯsiter apud ꝑitos in scīa iuris canōici ⁊ ciuilis / ꝓut ex ꝓncipijs iuris diuini ⁊ naturalis habeāt accipe fundamēta.

Sexta consyderatio

ꝯtra quartam allegationem.

C ¶ Unitas ecclesie ad vnuz certū christi vicariū / videtur ꝑ ꝯcilium nunc celebrandū sic ꝓcuranda: ꝙ pmo det̄ securitas tā ꝑ ꝓncipes quā ꝑ alios quos-

cuncq p duobus ptendētib⁹ si voluerint cōparere pcedendo ad implēdū iuramēta sua atq vota. Q, si noluerint ꝯfidere/q̄rat ab eis cessio p pcuratores legitimos. Q, si vtrūq ꝯtempserint/pcedat ꝯtēptis ambob⁹ ꝯtēdētib⁹ ad electionē vni⁹ p cōes assensum tot⁹ ꝯcilij roborātis ꝯ approbātis illud qḋ duo de collegio dñoꝝ cardinaliū aut eoꝝ pars maior ꝯ sanior ꝯstituerint aut fecerint. Q, si voluerint aliq̄ ꝯtinaciter adherere alteri ꝯtēdētiū:nec in sequela in ꝯcilij:qḋ non est leuiter ꝯsumendū/videtur ipsi de salute sua.q: ꝯcilium istud ꝯ sequces eius se apud deū ꝯ holes a scbismans imputatione liberauerit.

Septima consyderatio

cōtra tertiam allegationē.

¶ Unitas eccl̄ie ad vnum certū christi vicarium sic ꝯuilegiata ꝯ sancta est:vt eam syncero zelo querentes/nullo modo debent reputari a contendentibus sui aduersarij:sed amicissimi in christo:dum cessionem ipsoꝝ voluntariā q̄runt:vel eis nolentibus cedere petunt deiectionem: q̄tinus vt spirit⁹ eoꝝ saluꝯ fiat: nec ecclesia diuti⁹ ꝯturbeē. Agunt q̄ppe tam rem ipsoꝝ ꝯtendentiū q̄ id q̄ qlibz christianus agere debet. Immo infusionem dei bāt in tam desꝑato ꝯ inueterato m̄ris cōis morbo. Hec est radix inuiolanda ꝯ sufficiens pie necessitatis ꝯ necessarie pietatis:in q̄ ꝯpianissim⁹ rex frācoꝝ rbe innocentissim⁹:nec q̄rens q̄ sua sunt: nec quēpiā odio babens: fundauit bacten⁹ oēm agibiliū varietatem laudabilē circa pacis reductōem:sic ista sua patens indicat: cui⁹ initiū est post salutationē Pax ecclastica ꝯc. Preclarā itaq attulit excusationem Cicero in philippicis: dum inconstās in amicitia cesaris ꝯ vari⁹ fuisse culpareē: cui⁹ est hec snīa:q: ꝟba nō babeo:Cesarē aut nunq̄ dilexi nisi p q̄nto diligere visus ē rempublicā. Qui ꝟo mutauit amorē ad eandē rempublicā: fact⁹ tyrān⁹: ego ꝯseq̄nter aduersus eū amicitiā ꝯmutaui.

Consyderatio octaua

ꝯtra tertiam allegationem.

¶ Unitas ecclesie ad vnum certū christi vicarium non debet impedire ꝑpter restitutionem obedientiaꝝ ambobus ꝯtendentib⁹ tanq̄ spoliati sint ꝑius faciendam. Nam q̄ intrusus detentor vel ꝑdo spoliat⁹ sit restituendus: est magis ex institutione positiua ꝯ iudiciaria non pure naturali vꝟ diuina Propterea tenet in solis casibus exꝑssis nec in ꝑiudicium iuris diuini:ꝯ naturalis ꝯ boni comunis est aliq̄ren⁹ obseruari. Neq eīn restitutio dꝫ fieri (exēpli gr̄a) bereticis neq scbismatis manifestis neq furiosis: ꝯ ebrijs in sui ꝑnicies: neq intrusus in papatum/neq petentib⁹ vxorē nō desponsabilem/aut affinem in gradu ꝑbibito iure diuino: neq petenti bn̄ficium qḋ tenere nō potuit/alio iā existente legitimo possessore: neq postremo volenti rebus detentis abuti in ꝯtumeliam creatoris: aut i eccl̄ie ꝑnicie: aut in bois liberi seruituteē:aut ꝯtra castitateē alicuius et vitā: ꝯ si q̄ sunt similia. Multas autem exceptiones bm̄oi cōtra ꝯtendentium quemlibet interuenire videre facile est.

Consyderatio nona

ꝯtra octauam allegationem.

¶ Unitas ecclesie ad vnū certū christi vicariū videē meli⁹ ꝑcurāda si neq ante ꝯciliū neq in ꝯcilio neq postmodū q̄rātur fieri iustificatōes vel iniustificatōes eoꝝ q̄ hincinde facta sunt:vt de intrusione bui⁹ vel ill⁹ in papatū:de ꝑcessib⁹ ꝑmo fulminatis in alterutrū:de violatōe iuramētoꝝ ꝯ votoꝝ de subtractione aut neutralitate:vel libertatis ecclesiaꝝ ꝑticulariū reductione:de imputatōe scbismatum vel beresum:de adbesione reprobanda vꝟ laudanda alteri⁹ partis obedientie:de sententijs excomunicationum aut aliaꝝ penaꝝ. ¶ Cessent q̄ppe talia: ꝯ iuxta rationes p via cessiōis ꝯ ꝑacis eius alīs pluries ostensaꝫ pcedat auferendo ꝑcessus factos ꝯ iustificando vꝟ ratificando aut etiam tollerando ꝑterita: put reꝝ q̄litas patieē: aut plurima ad statum quo ꝑus erant an̄ scbisma presens absq alia discussione reponendo: ꝑuidendo rursus ambob⁹ ꝯtendentib⁹ de sufficienti securitate ꝯ statu post cessionem:si eam p se vel pcuratores legitimos vltro facere etiā sero voluerint:q̄ cessio eis ꝯcilium p purgatione omnium ꝑus impositoꝝ tanq̄ sufficiens reputeē valitura.

Consyderatio decima

ꝯtra septimam ꝯ q̄ntam allegationē.

¶ Unitas ecclesie ad vnum certum christi vicariū tanto zelo q̄renda est vt vix possit sobria esse: ꝯ nō temeraria reputatio alicuius ꝯpiani q̄ sufficienter ad h̄ dubium pegerit: q̄to minus h̄ q̄spiam audere debet asserere iuramento: ꝑsertim vbi hominū maxima multitudo reputat ꝯtrarium: h̄ eīn q̄d aliud est q̄ ꝯtinaciter ꝯ incorrigibiliter talem in erratis ꝯsistere? ¶ Rursus occurrere possunt casus multi in q̄bus ꝑ adeptione pacis publice aut iuste defensionis sicut vim vi repellendo:liceret a rite electo in papam subtrabere obedientiam. Liceret in neutralitate manere: liceret ipsum corꝑaliter in carcerare: liceret ei administrationem oēs publicā interdicere: liceret p appellationem aut simile remediuꝫ sibi resistere. Fieretq sic ei obedientia ꝟa potius q̄ ꝯtradictio vel resistentia. Liceret ꝑmissas sententias suas q̄lescunq nō timere/nec timendas asserere:sed lacerare eas ꝯ in caput suū retorq̄re. Liceret ꝑterea accusare eum de scbismate vel beresi:tā doctrinaliter i locis publicis p theologos ꝯ sapientes q̄ secrete in correctione fraterna: cui subijci tur tanq̄ pctōr in foro penitentie ꝯ iudicie coram tota ecclesia: cui similiter subiectus est tāq̄ deuiabilis in deuiabili. Liceret ꝯciliū ḡnale eo inuito celebrare. Liceret tandem ipm ad cessionem ꝯpellere vel renitentē deijcere ab omni honore ꝯ gradu immo ꝯ vita ꝑuare. ¶ Hec omnia deniq taliter licere possunt sub tali iure diuino ꝯ naturali q̄ aduersus hanc ꝟitatem nulla lex vel ꝯstitutio pure bominis cuiuscūq sine noua autorizatōe dei fieri debet: q̄n erroris intollerabil' dānāda sit. In vero ꝑdicti casus i scbismate ꝑñti ꝯcurrerīt discutie

do nequaq̄ assumim⁹: cū distinctiões ꝑticulariū casuum omitti debere magis estimemus.

Consyderatio. XI.

ꝯtra octauam allegationem.

¶ Unitas ecclesie ad vnū certū christi vicariū nō req̄rit vt errantes ꝑsertim in dubio ꝓbabili circa obedientiā vri pape penitere non possint: nec esse in statu salutis nisi expsse ꝛ absolute ꝯfiteanť erratum suū: cum sepe in talib⁹ penitentia vel absolutio ꝯdicionata sufficiat. Sed nec oꝑtet oēs inculpare de schismate/q̄ in tāta iuris papalis dubietate ꝯsurgente ex factis dubijs ꝛ varijs/certā vero pape non ꝓstiterūt obedientiā. Sicut nempe verus papa potuit in schismatis culpam labi: si ꝑtinax fuerit in recusando ea/q̄ pacē vnitatem habebāt reducere: ꝛ vt ꝯcilium ḡnale: vel ꝓmptitudinem animi ad viam cessionis iurate ꝛ voti ꝯplementū. Sic excusari poterunt multi aduersantes ei: si fuerit ħ zelo vnionis habēde: si fuerit ex dubio ꝓbabilis ignorantie: dum tn̄ paratos semꝑ ecc̄liam exhibuerint semetipsos: ꝛ obedire cognite veritati.

Consyderatio. XII.

¶ Unitas ecclesie ad vnum certū x̄pi vicariū sic inchoanda impetrandaq̄ ē ꝑ orōnes deuotas/ꝛ moꝝ correctionem: sic ꝛ ei⁹ reformatione a sūmo vsq̄ deorsum ꝑ omnem suoꝝ membroꝝ ꝓncipaliū vel non ꝓncipaliū iuncturam/debet cum facta fuerit studium vehementissimū ꝛ continuū adhiberi ne iusto dei iudicio deteri⁹ q̄d contingat si post ꝯcessam dei misericordiam vnionis salutarem recidiuatio ꝓor fiat. ¶ Qualia vero in ecclesiastica politia veniant reformāda: poterūt docere tā libri ex ꝑtē/q̄ multiplices chartule: tam sup ħ edite ꝛ relationes ecclesiasticoꝝ l ꝯcilio fide digne. ¶ Deniq̄ si ꝯtigerit forsitan ḡnale ꝯciliū retardari ꝓpter ꝓncipū vel alioꝝ in diuersis patrijs diuisiōes vel aliūde: sic q̄ multi notabiles vel neq̄ant vel noluerint ꝯparere: nec mittere ħ differre: ꝛ dn̄i cardinales vtrobiq̄ sentiant ꝓbabili ꝯiectura q̄ tales multi et magni de vtraq̄ parte non obedirent sue electioni: videreť expediens in hoc casu q̄ ipsi cardinales ꝯparentes in ꝯcilio inuenirent saltem modum tollendi ꝑpetuitatem in ħ schismate: ꝓuidēdo q̄ post decessum amboꝝ ꝯtendentiū: ꝛ si nō citius pax habereť: q̄ melius esset sero q̄ nunq̄: ꝛ ħ iuxta modum q̄ in alio ꝯcilio francie fuit ꝯclusus vt per suos ambasiatores q̄rereť ꝛ ꝓsequeretur apud ambos ꝯtendentes ꝛ sua collegia de non eligendo. s. quempiam in casu mortis huius ꝛ illius cum ceteris clausulis ad ħ opportunis.

Sequuntur quatuor consyderationes ad fulcimentū ꝛ declarationē premissorum.

Consyderatio prima.

Unitas ecclesie ligať quadruplici lege: diuina scilicet vel euangelica/naturali/canonica ꝛ ciuili. Quaꝝ duas extremas regulare necesse est per primas ꝯm epikeyam: id est bonam equitatem. Hoc itaq̄ ex traditionibus earundem legum vltimarum cōuincitur: quarum annotationes aliquas pro nimis eruditis ꝛ literatis placet adducere. Prima annotatio ¶ Non debet rep̄hensibile iudicari si ꝯm varietatem temporum statuta quandoq̄ variantur humana: ꝑsertim cū vrgens necessitas vel euidens vtilitas id exposcit quoniam ipse deus ex his que in veteri testamento statuerat nonnulla mutauit in nouo. Hec Innocētius tertius in concilio ḡnali: ꝛ habētur in decretali: Non debet: de ꝯsanguinitate ꝛ affinitate in antiquis. Secunda annotatio ¶ Quoniam nulla iuris sanctio quātumcūq̄ perpenso digesta consilio ad humane nature varietatem ꝛ machinationes eius inopinabiles suff. cit: nec ad decisionem lucidam sue nodose ambiguitatis attingit: eo presertim q̄ nihil adeo certū clarumq̄ statuitur/q̄n ex causis emergentibus q̄bus iura iam ꝓdicta mederi non possunt/in dubium reuocetur ꝛc. Hec Ioan. xxij. in ꝓemio clementi. Tertia annotatio. ¶ Non possunt omnes casus seu iuris articuli legibus comp̄hendi: sed cum aliquo casu sn̄ia legū manifesta est/is qui iurisdictioni preest ad similia procedere: atq̄ ius ita dicere debet. Hec habenť in. l. non possunt. ff. de legibus. Quarta annotatio. ¶ Certum est q̄ is committit in legem/qui legis verba complectens/contra legis nititur voluntatem: hoc habetur in regula iuris Certum. in. vi. Cōtra facit qui id facit quod lex ꝓhibet. In fraudem legis facit qui saluis verbis legis sententiā ei⁹ circūuenit. Hec habentur in. l. contra legem. ff. de legibus. Quinta annotatio. ¶ Nulla iuris ratio aut equitatis benignitas patitur/vt que salubriter pro vtilitate hominum introducuntur/ea nos interꝑtatione duriore contra ipsorum commoda perducamus ad seueritatem. Hec habentur in. l nulla. ff. de legibus. Cum quo concordat regula iuris canonici in. vi. Quod ob gratiam alicuius conceceditur/non est in eius dispendiū retorquēdū. Itē ipse leges cupiunt vt iure regantur. Item ait Scipio nasica: Consul dum iuris ordinem sequitur/id agit vt cum legibus suis romanum corruat imperium. Ideo iuris ordo est in casu/vt scз iuris ordo non seruetur.

Consyderatio secunda.

¶ Unitas ecclesie ad vnum certum christi vicarium nequit modo procurari commode sine recursu ad epikeyam/seu bonam equitatem: que interpretatur literam iurium positiuorum ꝯm intentiones legislatorum radicatam in legibus eternis ac immutabilibus diuine legis: per quam legum conditores iusta decernunt/atq̄ ꝯm dictamen legis naturalis. Hic autem processus antonomatice et summe iudicandus erit iuridicus/si innitetur legibus ꝛ iuribus ꝛ canonibus/proprie ꝛ vero nomine sic vocandis ¶ Ueritas ꝯsyderationis legitur clarissime in libro experientie per prudentes ꝛ circūspectos/nec ꝓteruos/nec male affectatos: vn̄ cōsyderant materiā ꝑntis schismatis cū circūstātijs.

omnibus: quales nunq̄ vise sunt ↄcurrisse in aliquo casu lege positiua memorato. Quid igit͛ mirãdũ si nõ habeat͛ in eisdẽ traditõib⁹ positiuis modus ad remediãdũ exp̄ssus: quẽadmodũ multi vigebãt morbi p̄us q̄ leges nũc ↄdite late essent: q̄bus nõ erat exp̄sse p̄uisum: ꝛ cũ leges hmõi facte sunt/ↄstat q̄ nõ poterũt infinitati casuũ possibiliũ p̄uidere. Sũt aũt ipsi⁹ iuris diuini ꝛ naturalis regule tales immobilis ꝛ eterne: vt exẽpli gratia.

Principia iuris diuini et naturalis.

Obedire opꝫ deo magis q̄ hoĩbus. Dedit de⁹ p̄tãtem hoĩb⁹ in edificationẽ/nõ ĩ destructionẽ ecclie. Nihil possum⁹ ↄtra v͛itatẽ. Plenitudo legis atq̄ finis/eius est dilectio. Dilectio est cã vniõis atq̄ pacis. Dilectio nõ q̄rit q̄ sua sunt: Finis oĩs p̄tãtis ꝛ hierarchie ecclĩastice est dilectio/pax ꝛ vnio. Finis imponit necessitatẽ his q̄ ad finẽ sunt.i.ſm exigentiã finis cetera vsu moderari. Necessitas nõ habꝫ legẽ. Felix necessitas q̄ ad meliora ↄpellit. Bonus pastor ponit aĩam suã p̄ oĩb⁹ suis viuẽdis ꝛ saluãdis. Inimici hoĩs domestici eius.i. carnales sensus. Sp̃ualis homo oĩa diiudicat. Mediũ v͛tutis accipiendũ est/vt sapiens iudicabit. Uim vi lꝫ repellere. Fas est vnicuiq̄ se tueri ꝛ rem suã defendere ↄtra vim iniustã. Qui suo iure vtit͛/nemini facit iniuriã. Deteriora sunt aĩaꝝ q̄ corporaliũ vel reꝝ exterioꝝ detrimẽta. Depositũ nõ est reddendũ in depositarij vel reipublice detrimẽtũ. Salubri⁹ panis aut vestis aut gladius abusiuus subtrahit͛/q̄ donet͛. Unicuiq̄ mandauit deus de p̄ximo suo: diliges inquit p̄ximũ tuum sicut teip̄m. Quod p̄ charitate institutũ est/ↄtra charitatẽ militare non debet. Si pes tuus aut manus ꝛ ita de capite scãdalizat te/p̄ijce abs te. Qui ecclĩam non audierit/sit sicut ethnicus ꝛ publicanus. Tolleranda sunt zizania/ne simul eradicet͛ ꝛ triticũ. Cõmunis error facit ius. Non p̄iurabis. Reddes altissimo vota tua. Oĩne iuramẽtũ ꝛ votũ q̄d sine detrimẽto salutis p̄t custodiri/seruandũ est. Cui⁹ est ↄdere vel doctrinalr̃ vel iudicialr̃/eius est similr̃ interp̄tari. Intelligentia dictorum ex causis assumenda est dicẽdi: ꝛ sĩlia multa.

Consyderatio. III.

¶ Unitas ecclie ad vnũ certũ christi vicarium dñ ↄcurat͛ p̄ epikeyam seu bonã eq̄tatẽ non exigit in sic epikẽtib⁹ seu legũ positiuaꝝ interp̄tibus q̄ habeant euidentiã mathematicã seu demonstratiuã sed satis est si certitudinẽ moralem seu ciuilẽ ꝛ politicam attulerint. ¶ Consyderat q̄ppe bonus epikeyes circũstantias oẽs p̄ticulares: quales nõ potuit legislator p̄uidere nec exp̄mere: q̄bus attentis aspicit finem q̄ seq̄ret͛ rigorẽ lr̃alis exp̄ssionis obseruaret: q̄ dum videt ex hac obseruatiõe lesurã fore ex legib⁹ diuinis vel eternis/ↄtra intẽtionẽ debitã legislatoꝝ dictat vel doctrinalr̃ vel autoritatiue: q̄ lex sc̄pta sic vel sic/applicãda est seu deserenda ſm imaginationẽ p̄hi de regula lesbia/q̄ erat plũbea/ꝛ nõ ferrea.i. flexibilis/nõ immutabilis. ¶ Cõstat aũt q̄ de circũstantijs moralib⁹ nõ p̃t haberi certitudo nisi moralis ſm p̄hi sñiam in ethicẽ. Exẽpli gr̃a: Tyrann⁹ p̄seq̄t͛ rẽpublicã cautelis dolosis sicut lup⁹ rapax: nihilomin⁹ ip̄e teget se vestimẽtis ouium/que sunt tam v͛ba q̄ facta apparẽter sctissima: in quibus est freq̄ẽter equocatio vel hypocrisis. Ago inq̄t ista p̄ republica: ago p̄ salute populi/p̄ q̄bus paratus sum etiã mori: nec dicẽtib⁹ oppositũ quõlibet fides det͛. Ita mẽtiet͛ tyrann⁹/ꝛ multos ex simplicib⁹ seducet. Prudẽtes v͛o ꝛ iudices quoꝝ est epikeya/vti legẽt in op̄ib⁹ suis oppositũ ſm artẽ christi: Ex op̄ibus eoꝝ cognoscetis eos ¶ Uult dicere ↄsyderatio q̄ prudentibus ipsis credendũ est/etiã si nescirent rõnes euidentes ꝛ incalũniabiles adducere: alioqui periret cõfestim omnis politia. Deniq̄ apte sunt hoc loco p̄aboice narrationes de lupo ꝛ oue: quã lupus diuersis fraudibus nũc ostendendo sĩlitudinẽ ꝛ amicitiam/nũc falsam imponẽdo calũniã/q̄rebat fallere vt voraret. Propter q̄d monuit christus: Attẽdite a falsis p̄phetis.

Consyderatio. IIII.

¶ Unitas ecclie ad vnũ certũ christi vicariũ nunc p̄ ↄcilium pisanũ dño ↄcedente patranda debet solidius inniti sententijs ꝛ deliberationib⁹ huiusmodi ↄcilij ꝛ sapientũ in eo venturoꝝ: etiam si nõ offerãt rõnes euidẽtes q̄ allegatõibus vel assertionibus vel excusationibus aut iustificationibus vel ↄtendentiũ de papatu vel fautoꝝ suorum. ¶ Deducitur facilr̃ ↄsyderatio ex hoc/q̄ mediũ virtutis accipiendũ est vt sapiens iudicabit: ꝛ vt sp̃ualis q̄ oĩa diiudicat dicet: non vt carnalis hõ qui non sapit que dei sunt/sibi fingit. ¶ Quis enim dubitauerit quando plures cãe ↄcurrere habeãt p̄ oĩbus de ↄcilio vt eis fides det͛ q̄ laborãt ad vnionẽ dandã/q̄ p̄ alijs ↄtẽdentibus ad suã p̄sidentiã talẽ q̄lẽ occupandã. Amor q̄ppe nimi⁹ ꝛ carnalis ad seip̄m ꝛ ad suos nõne fallere solet/ꝛ ĩ errores impios traducere etiam vsq̄ ad imitationẽ luciferi vt adorari velint sicut dij: neq̄ reputẽt se subditos esse cui q̄/sicut filij belial sine iugo: nec sibi posse dici: cur ita facis? qui nec deum timent/nec hoĩem reuerẽtur: cum tñ humiliores esse debeant: ꝛ ad seruiendum p̄mptiores ex p̄lationis munere quãto se obligatiores esse ↄspiciunt in reddenda rõne ¶ Postremo tamen ẽ summope cauendũ est iudicib⁹/ne vsus epikeye passim ꝛ absq̄ manifesta rõne fiat: transmutãdo legẽ sc̄ptã: alioq̄n tolleret͛ p̄cipue a legib⁹ sua stabilitas: q̄bus nutantib⁹ totã reipublice disciplinã innitẽtẽ eis collabi/ꝛ ex ↄñti rempublicã corruere vel ↄturbari necesse est. Inde ↄtigit apud romanos ista seueritas etiam in nece p̄priorum filiorum/ne labefacerent optimã reipublice disciplinam.

¶ Quatuor ↄsyderatões q̄ ad robur p̄dictoꝝ faciunt/reperiunt͛ postea in orõne. Apparuit gr̃a. vi. M.

Tractatus eiusdem

de statibus ecclesiasticis:

3 Pax quã omnes obseruare ↄuenit cũ oĩb⁹, tamẽ maxime circa misteriũ religionis christiane, nunq̃ solidius subsistit q̃ si veritate et iusticia tanq̃ soloꝛibus fulciatur. Nam si non in ṽa iusticia ⁊ iusta ṽitate reddatur vnicuiq3 qḋ suum est: nonne schisma ꝓtin⁹ irrũpens pacẽ extur babit? Audiam⁹ idcirco sub breuiũ ↄsyderationũ numero q̃d status summoꝝ pontificũ, q̃d ꝑlatoꝝ, q̃d curatoꝝ, q̃d mẽdicantiũ possit q̃libet de suo ministerio ṽaciter offerre: ne transgressio finiũ ꝓpꝛioꝝ seu dilatatio nimia separet iusticiã ab osculo felici pacis: ꝑinde lites fedas vt assolet introducat.

Sex consyderationes sup statu summi pontificis.

Consyderatio prima.

¶ Status papalis institut⁹ est a christo supnaturalr ⁊ immediate tanq̃ ꝑmatũ bñs monarchicũ ⁊ regalẽ in ecclastica hierarchia: ꝭm quẽ statũ vnicũ ⁊ supmũ eccĺia militans ḋr vna sub christo: quẽ statum q̃sq̃s impugnare vel diminuere, vel alicui ecclesiastico statui ꝑticulari coequare ꝑsumit: si h̃ ꝑtinaciter faciat, heretic⁹ est, schismatic⁹, impius atq3 sacrileg⁹. Cadit eñ in heresim totiẽs expsse dãnatã a ꝑncipio nascẽtis eccĺie vsq3 hodie: tam p institutionẽ christi de ꝑncipatu petri sup alios apostolos, q̃ p traditionẽ tot⁹ eccĺie in sacris eloquijs suis ⁊ gñalib⁹ ↄcilijs.

Consyderatio secunda.

¶ Status papalis l3 nõ oĩno vacet seu deficiat p mortẽ pape naturalẽ vel ciuilẽ, nec p ↄñs eccĺia desinit eẽ vna: nihilomin⁹ eniti dñt christiani sub pena schismatis, q̃ in hoc statu ↄtinuat̃ ⁊ ꝑsideat assidue vnic⁹ ⁊ certus summ⁹ põtifex q̃ntũ fieri ꝑt p loco ⁊ tpe: sic q̃ nõ est licitũ sciẽter impedire, quo minus sit vn⁹ talis supm⁹ pontifex in eccĺia in quo sit ecclastice ꝑtãtis plenitudo: ⁊ q̃ nõ sint pl̃es ĩ quo tanq̃ ecclasticũ regimẽ desinere esse poss3 monarchicũ ⁊ in aliã politie spẽm, vt in aristocraticã aut timocraticã ṽteret̃: q̃uis papat⁹ has politiarum spẽs nõ excludat, sed assumat: quẽadmodũ de sacro dñoꝛum cardinaliũ collegio ⁊ de gñali ↄciliõ videre est.

Consyderatio tertia.

¶ Status papalis non eximit papã a legibus pure diuinis, q̃ vel in euãgelijs vel gñalib⁹ ↄcilijs posite sunt. Et ex hoc ↄñr pat3 q̃ papa subijcit̃ legi illi de correctiõe fraterna: Si peccauerit in te frater tu⁹ ⁊c. sic q̃ ꝑt fraternalr corripi dũ peccat. Et si tũdem nollet audire eccĺiam, quã gñale ↄciliũ repñtat: debet haberi sicut ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Et ita ꝑt h̃ mõ p ↄciliũ vel iudicari vel coerceri, vel p excõicato haberi.

Consyderatio quarta.

¶ Status papalis nõ eximit papã a iuribus que sunt pure de dictamie naturali: quẽadmodũ sunt ꝑncipia iuris natural̃. Propterea cũ lex naturalis dicat q̃ bonũ cõe tanq̃ aliq̃d diuinũ ꝑferẽdũ ẽ ꝑticulari bono. Deducit̃ ex h̃ q̃ ad bonũ tot⁹ eccĺie quã ↄciliũ gñale repñtat: reducẽdũ est bonũ ꝑsonale pape sic q̃ in ꝑiudiciũ boni cõis ꝑticulare bonũ pape seu ↄmodũ vel stat⁹, retẽtio vel dilatatio ꝑualere nõ deb3: cũ ꝭ3 exigẽtiã finis cetera debeãt moderari: finis aũt papat⁹ est vtilitas eccĺie.

Consyderatio quinta.

¶ Status papalis q̃uis eximat papã a legib⁹ pure positiuis, canonicis vel ciuilib⁹, sic q̃ ꝭm eas coerceri puniriue nõ ꝑt, vt ꝑcise tales sunt: nihilominus papa nõ deb3 aut ꝑt leges positiuas, ꝑsertim p ↄciliũ gñale ad qḋ sufficienter spectat discernere vel dictare si papa palã ↄuertat ꝑtãtẽ suã in destructionẽ eccĺie, nõ in edificationẽ.

Consyderatio sexta.

¶ Stat⁹ papalis obligat papã tãto ampli⁹ q̃nto maioꝛ est in eccĺia subijcere se legib⁹ diuĩs, naturalib⁹ ⁊ canonicis ad vtilitatẽ eccĺie. Propterea cu3 magis videãt oculi q̃ ocul⁹, videt̃ q̃ nõ sine grãdi discrimine salutis papa possit deliberatões vel instituta gñaliũ ↄcilioꝝ ↄtẽnere: vt nõ ꝭm cõem, ꝭ3 ꝓpriam deliberatõem ↄtẽdat in ecclastico regimie ꝑsidere. Propterea bñ dictũ est q̃ papa nõ ꝑt gñalẽ statũ eccĺie immutare vel tollere.

Sex consyderationes de statu sũmi põtific. ⁊ dñoꝝ scẽ romane eccĺie cardinalium.

Consyderatio ꝑma.

¶ Status summi põtificis ac sacri collegij dñoꝝ cardinaliũ sibi collateraliũ fundat⁹ est in ecclastica hierarchia subcelesti immediate a christo: nec humana institutõe seu ꝑsumptiõe ꝑt destrui. Cui statui q̃ ꝑtinaciter derogat, cẽsend⁹ est iuxta sacros canones heretic⁹ atq3 sacrilegus.

Secunda ↄsyderatio.

¶ Stat⁹ ꝑdict⁹ dotãd⁹ est vel fouẽd⁹ p debita et honesta sustẽtatõe tpaliũ, sine q̃b⁹ in hac vita misera, spũalia diu nõ subsistũt: quẽadmodũ alter stat⁹ q̃cũq3 ecclastic⁹ inferioꝛ seu subdit⁹ dotat⁹ est, vel dotãd⁹ iuxta sui qualitatem.

Consyderatio tertia.

¶ Status ꝑdict⁹ nõ ideo ꝑdit iura sibi ↄueniẽtia q̃ posuit ꝓpositio duplex ꝑcedẽs: si foꝛte fuerit abusus aliq̃ ꝑsonales, olim vel nũc inuẽti. Alioq̃n sic argueret̃ aduersus oẽm statũ: nedũ ecclasticũ, sed tpalem: q̃ dissipãd⁹ est, deserẽd⁹ ⁊ ꝑdendus: q̃m in multis offendim⁹ omnes.

Consyderatio quarta.

¶ Status ꝑdict⁹ potuit ⁊ ꝑt in subuentõibus tẽpalis ⁊ honeste sustentatõis ꝑscribere decerto modo, vel quota subentõis: sicut ꝑlati vel curati inferiores respectu subuẽtionis facte p subditos in oblatõibus, decimis ⁊ sil̃ibus: etiã vbi stat⁹ ꝑdictus aliũde dotat⁹ esset ex ꝑtimonialib⁹ bonis vel alijs quẽadmodũ in ꝑlatis dicim⁹ ⁊ curatis.

¶ Consyderatio quinta.

¶ Status ꝑdictus dum recipit ⁊ querit subuentiones ↄsuetas, in oblationibus, decimis, vel annatis ⁊ similibus, non debet coipso de simoniaca prauitate notari: nisi forte vitiu3 aliud in executione

modo concurrerit: quod vitium corrigi debet nō ob inde status minui/destrui/culpari/vel iuribus aliunde debitis defraudari. Sicut ab infirmo morbus tollendus est/non subiectū vel corpus destruendum.

¶ Oppositū vō pertinaciter imponēs/notando generaliter de simoniaca prauitate totū statū istū/temerarius esset nec ferēdus.

¶ Consyderatio sexta.

¶ Status prędictus pt et debet rōnabiliter resistere per viam appellationis/aut alias si aduersus prędicta voluerit aliquis de facto procedere: presertim dum personę de illo statu subijciunt se: et statum suum debite regulationi sctē matris ecclesię si forsan aliqua fuerint in eis reformāda/et hoc agendo: nedū nō scādalizant actiue vel peccāt/sed merēt tanquam defensores iuris: nō solū suorum personalium/vel ecclie pticularis romane/sed vlis ecclie et ad vtilitatē honestatēque totius reipublice christianę/que consistit in suo decore membrorum maxime principalium.

De statu prelatorum.

¶ Consyderatio prima.

1 ¶ Status prelationis epalis in ecclia sic est de primaria et immediata ac supnaturali institutiōe christi/ non naturali vel humana solum auctoritate nō potuit institui: sicut potuit status dnatiōis tpalis regie vel impialis humanitus et naturaliter ordinari.

¶ Secūda consyderatio.

¶ Status prelatiōis epalis in ecclia quo ad sui collatione primariā fuit immediate a christo datus primis apostolis/sicut status papalis petro: licet postmodū talis collatio vel acquisitio fieri potuerit et facta sit in successoribus per homines: sicut Mathias factus est apostolus per electionē vel sortē: et successores etiā Petri fiūt nūc per humanā electionē dnorum cardinalium: quā modus potuit et pt variari vt infra ponetur.

¶ Consyderatio tertia.

¶ Status prelationis epalis habuit in apostolis et in successoribus vsum vel exercitiū sue ptātis sub papa Petro/et successoribus eius tanquam sub hūte vel habētibus plenitudinē fontalē epalis auctoritatis. Ut et quo ad talia minores plati. s. curati subsunt epis a quibus vsus sue ptātis quandoque limitatur vel arcetur: et sic a papa posse fieri circa platos maiores ex certis et rōnabilibus causis nō est ambigendū.

¶ Consyderatio quarta.

¶ Status epalis nō ita subest statui papali que illum possit papa annullare: sicut nec status papalis posset humanitus destitui. Nihilominus idem status epalis quo ad acquisitionē isti psone et quo ad exercitiū/subest rōnabili pape volūtati ad vtilitatem ecclie: vt dictū est. Hec aūt rōnabilitas videtur attēdēda seu regulāda maxime per determinationes cōciliorum gñalium/presertim iā factas de consensu et auctoritate summorum pontificū.

¶ Consyderatio quinta.

¶ Status epalis quo ad sui acquisitionē isti psone et quo ad exercitiū nō ita subest mere voluntati pape que pro libito possit sine iniuria et pctō circa huiusmodi acquisitionē et destitutionē/ampliationē et restrictionē operari: quā data est ei ptās: dicēte apostolo: nō ad destructionē/sed edificationē.

¶ Consyderatio sexta.

¶ Status epalis hz ex se et christi institutiōe primaria ptātē pficiēdi corpus christi et ministrādi sacra ecclesiastica ola: ius insup pdicādi: ius stipēdia tpalia sumēdi: ius excōicādi: ius platos minores. s. curatos instituēdi: ius ecclias consecrādi: ius bñficiū ecclesiasticū vel stipēdiū tpale cōferēdi/vel facere cōferri ministrantibus sub se spūalia: ius indulgētias dādi. Et ita de reliquis multis quā summo pontifici competunt: vt in fonte.

¶ Consyderatio .vij.

¶ Status epalis quo ad sui vsum vel exercitium non ita subest pure volūtati pape: sicut status priuilegiatorum mēdicātiū vel aliorum qui eēntiali ordine et hierarchico statu pdicta iura epalia nō competūt. Pōt idcirco papa sub talibus priuilegijs et priuilegiatis absque iniuria vel pctō imutatōes opari restringendo vel tollēdo: nō sic passim in platis vel curatis.

¶ Consyderatio .viij.

¶ Status epalis lz eē possit in aliquo sine plebe et sine vsu vel exercitio hoc fieri nō conuenit: quia vanū et mōstruosum in ecclia videretur: quā frustra est potestas cui nō subest opatio. M

¶ Consyderatio .ix.

¶ Status epalis si nimis arcetur in suis iuribus eēntialibus quo ad restrictionē vsus vel exercitij passim cōiter per papā absque vtilitate maiori ecclie: sine hoc esset in exemptiōibus subditorum ab eo/siue in reseruatione casuū in foro pnie: seu in restrictiōe stipēdiorū tpaliū: seu in reseruatiōe bñficiorum ecclesiasticorum sub eo: seu per inductionē onerosam priuilegiatorum: aut modis similibus. Ille inquā status epalis posset rōnabiliter deferre querelā/mediū ad papā et gñale cōciliū: quod est conuenientissimū mediū: licet ad principes orthodoxos implorando iuuamen opportunū.

¶ Consyderatio .x.

¶ Status epalis sicut nō acqrit in aliquo per solum titulū fidei/vel charitatis/ita nō deperdit per solā heresim/vel pctm mortale/nō interueniēte hūana institutiōe/vel diuina reuelatiōe: alioquin status ecclie hierarchicus prorsus esset incertus/cū suo vsu vel exercitio: quod nō est conueniens dicere de politia a supremo legislatore constituta.

¶ Consyderatio .xi.

¶ Status epalis sicut pt diuersis tpibus et institutiōibus modis varijs acqri et sic auferri: sic et status papalis in casu per ordinatiōes papales/aut per cōciliū gñale sicut factū est/aliquid pt immutari.

¶ Consyderatio .xij.

¶ Status epalis pt ab aliquo propter suā maliciā auferri/licet reiteretur occupās: sic et status papalis vt videtur in casu/presertim per cōciliū gñale posset auferri: cū status papalis dat us sit ecclastice cōitati: quā in hoc habz quod diuinū tanquam cōe bonū ad quod papalis auctoritas conseruandū fuit instituta.

¶ Consyderatio .xiij.

¶ Status epalis hz rōnabiliter monarchā supremū .s. papam ratione vnitatis fidei et sacramentorum sed hoc non ita pspicuum est esse debere ex institutione xpi: et per vtilitate vlis ecclie respcū dispēsatio

nis bonoꝝ tp̄aliū et iurisditionū cōtētiosaꝝ seu coercivaꝝ: q̄ diuersis legib⁹ seu decretalib⁹ / aut statutis ꝑ diuersitate locoꝝ ⁊ tp̄m regi debēt: sicut et alia mere tp̄alia / regalia / vel imp̄ialia. Unde bñ dictū est ꝙ q̄libet ꝓuincia in sensu suo abundat.

¶ Consyderatio. xiiij.

¶ Status p̄lationis si fiat limitatio sui vsus ī beneficijs cōferendis / vel in exēptionib⁹: non debet rōnabiliter cōqueri / dū hoc manifeste sit ꝓpter studū illaꝝ / ꝑsertim sacre doctrine q̄ꝛ ꝑ talia ꝓmouetur: ⁊ dū hoc potēter fit ad rep̄mendos abusus notorie puenictes: siue hoc sit ex importunitate dn̄oꝝ tp̄aliū / vel ex ꝓpria pusillanimitate / vel alia q̄uis corrupta affectione. ¶ Sed in hoc capere mediū cōueniens nō aliter videt̄ posse determinari ꝙ iuxta Aristo. filiam scꝫ vt sapiēs iudicabit. Nihil aūt videt̄ in hoc sapientius ꝙ generale concilium rite ⁊ libere celebratum.

De statu curatorum.

¶ Consyderatio prima.

Status curatoꝝ succedit statui. lxxij. discipuloꝝ christi quo ad legē nouā: ⁊ figuratꝰ est in antiq̄ lege ꝑ leuitas. ¶ Ac p̄inde status curatoꝝ est de institutione christi ⁊ ap̄loꝝ suorū a p̄ncipio fundationis ecclesie: q̄ institutio per declaratiōes sūmoꝝ pontificū ⁊ synodoꝝ tā generaliū ꝙ specialiū magis ac magis innotuit.

¶ Consyderatio. ij.

¶ Status curatoꝝ est de essentiali ac intrinseca ecclesie hierarchia / sicut status p̄latoꝝ: ꝙuis inferior sit / ⁊ ꝑ sua ꝑfectione variabilior. Qua ratiōe curati simplices nō eque ꝓprie dicunt̄ sponsi sicut episcopi: liberiusq̄ permittunt̄ cedere vel renūciare curis suis.

¶ Consyderatio. iij.

¶ Status curatoꝝ institutus est ad regimen aīarum dirigendaꝝ in finē vltimū ꝑ cōditionē sacroꝝ et pctōꝝ remissionē: ⁊ ꝓmotionē ad virtutes.

¶ Consyderatio. iiij.

¶ Status curatoꝝ ānexā habet obligationē docendi ⁊ publicandi verbum dei suis parochianis: saltē q̄uodā generali tenore legis euangelice quo ad credenda ⁊ agenda s̄m statū sue simplicitatis: sicut maiorib⁹ p̄latis cōuenit ex obligatione sciētie reddere rōnē ꝑticularius de ea q̄ in eis est fide ⁊ spe: apō oēs tā q̄ desoris sunt / ꝙ intꝰ: fideles scꝫ ⁊ infideles: hec enī obligatio cōsequit̄ ad obligationē porcꝫ q̄ est de sp̄uali regimine subditoꝝ.

¶ Consyderatio. v.

¶ Status curatoꝝ est statꝰ ꝑfectiōis: nō solū acq̄rēde / sed etiā exercēde: cū sibi cōpetat tā obligatio ꝙ autoritas reducēdi aīas ad deū: s̄m hierarchicos actꝰ: q̄ purgare / illuminare / ꝑficere nominant̄.

¶ Consyderatio. vj.

¶ Statꝰ curatoꝝ supior est hierarchice ecclesie ad statū simpliciū religiosoꝝ: sicut diuinus Diony. et Hiero. in p̄cedētis ɔsyderatiōis determīat rōne.

¶ Consyderatio. vij.

¶ Statꝰ curatoꝝ ecclīas parochiales sibi deputatas hꝫ in tali libertate: ꝙ nulli alteri sacerdoti fas est ipsis inuitis aut sine eoꝝ licētia p̄dicare in eadē: ꝑsertim dū p̄dicare voluerint ipsi: sed nec cōfessiones illic audire / nec sacra ministrare: saluis sp̄ autoritate vel rōnabili ordinatiōe superioꝝ p̄latorum.

¶ Consyderatio. viij.

¶ Statꝰ curatoꝝ hꝫ ius ⁊ titulum recipiēdi decimas ⁊ oblatiōes ⁊ funeralia: aut alia emolumenta loco illoꝝ ꝑ sustētatione sufficiēti statꝰ sui. Et hoc fit taꝫ de iure diuino ꝙ naturali p̄supposito dn̄io. Determinatio aūt huiꝰ vel illiꝰ quote: vel cōmutatio in aliā subuētionē hꝫ fieri solo iure positiuo.

¶ Consyderatio. ix.

¶ Statꝰ curatoꝝ sicut habet de sibi subditis omnibus cogitare in ministratione sacroꝝ / vt sancte suscipiant̄: sic decet maxime vt q̄libet parochianus se ꝑus ostdat suo curato generaliter vel specialr in foro cōsciētie ꝙ eadē sacra suscipiat. Pōt insuper edictū generale vel speciale suis parochianis sup̄ hoc ꝑ curatos ne aliter se ingerant ꝓmulgari.

¶ Consyderatio. x.

¶ Status curatoꝝ securius ⁊ iustius eligit̄ q̄ūtū est de se ⁊ ceteris paribus / ꝑ cōfessione sacrali facienda a parochianis ꝙ alius status: ꝑsertim q̄ nō est supior s̄m institutionē ecclesie hierarchicā: patet q̄ꝛ mutua ⁊ correlatiua est obligatio parochianoꝝ ad curatos: vnde vicissim magis obligant̄. Collusiones p̄terea hincinde possibiles fieri magis ex hoc euitant̄. Deniq̄ remedia sp̄ualia celeriꝰ ⁊ cōsultius in casib⁹ multis exhibent̄. Pōt nihilominus apud p̄uilegiatos q̄nq̄ rō potior inueniri.

¶ Consyderatio. xj.

¶ Status curatoꝝ sctūs ⁊ salubris nō debet inculpari vel infamari ꝑ quoscūq̄ si in eo q̄n ꝓ sint ꝑsone minus idonee ad debitū regimē animaꝝ: alioquin nullus esset status in ecclesia militāte / q̄ꝛ culpari nō deberet: sicut nullus absq̄ macula quorūdam de vlio statu visus est diu stare.

¶ Consyderatio. xij.

¶ Status curatoꝝ pōt sufficiēter regere suos parochianos / si polleat bona charitate ⁊ simplici morū honestate: etiā vbi litteratura magna deesset. Propterea nō leuiter se eis p̄ponere debent alieni ꝙuis inueniant̄ magis litterati.

¶ Consyderatio. xiij.

¶ Status curatoꝝ pōt cū facili studio hr̄e ea ⁊ scire q̄ ad parochiā suā regēdā sufficiūt: maiora maioribus prudēter remittēdo. Hoc aūt si agnoscere neglexerint / debet apud eos correctio ep̄alis maxime vigil esse vt astringant̄ seuerius tenorē habere in sc̄ptis eoꝝ q̄ scire debēt in p̄dictis regiminis: tam institutiones synodales positiuas / ꝙ ceteras.

¶ Consyderatio. xiiij.

¶ Status curatoꝝ pōt obuentiōes ordinatas licēter exigere: verūtñ tali mō ⁊ spe / q̄ simoniaca p̄uitas vel eius suspicio neq̄ꝙ incurrat̄: vt ꝙ ꝓpter negationē tp̄aliū / sp̄ualiū interim ministratio non neget̄: nec interueniat q̄stuosa mercatio.

¶ Consyderatio. xv.

¶ Status curatoꝝ debet cū bona gr̄a suscipe statū p̄uilegiatoꝝ tā ꝙ coadiutores missos habētes a supiorib⁹ licētiā p̄dicandi / ⁊ cōfessiones audiēdi

di si nō appareat rōnabilis causa aliquē talē repellendi: vtpote si detractor/ si collusor/ si corruptor/ si questuosus/ si seductor appareat. Aut parochianorū multi inde venisūt in ɔtēptum curatorū. Aut si eūc curat⁹ p̄ seipm̄ id agere circa parochianos suos q̄d agendū sit satis potuerit: q̄r videret̄ ꝓferēdꝰ nisi legitima fieret exceptio contra eum.

¶ Consyderatio. xvi

¶ Status curatorū vix pōt a parochianis sine peccato sic ɔtemni: q̄ eorū licentia neq̄ in generali/ neq̄ in speciali ꝓus queraf: dū alibi ɔfiteri/ aut missas vel sermones audire tp̄e diuini seruitij/ diebus dñicis ꝛ festiuis voluerint. Que licētia si sine causa rōnabili deneget̄/ sufficit excusare freq̄nter eos qui alibi cōfitent̄: licentia nō obtenta/ sed petita.

Decē consyderationes

q̄ ponunt̄ p̄ statu priuilegiatorū.

¶ Consyderatio prima

Status p̄uilegiatorū ad p̄dicandū/ ꝛ confessiones audiendū/ statut⁹ est post p̄mariā ecclesie institutionē: rōnabiliter ordinatus ad subleuamē eorū q̄ hierarchicos in eccl̄ia status hn̄t: ꝓsertim post talē ꝛ tantā in tp̄alib⁹ dotationē/ q̄ secū attulit multā occupationem.

¶ Consyderatio. ij

¶ Status p̄uilegiatorū debet cuȝ bona charitate licentia sua vti. Nō ad questū/ nō ad emulationeȝ/ nō ad ambitionē/ non deniq̄ in p̄iudiciū tp̄ale vel sp̄uale curatorū: sed in stando clam ꝛ palā apud parochianos: quatinus honorē debitū ac sustentationē suis reddant curatis: alioq̄n faciūt quod sibi fieri nollent. Meritoq̄ repellunt̄ hi de q̄b⁹ alr̄ cōstiterit ꝛ excōicationē a canone nōnūq̄ incurrunt.

¶ Consyderatio. iij

¶ Status priuilegiatorū ꝛ olim generalr̄ religiosorū p̄hibet̄ sub pena excōicationis late snīe: ne sacramentū eucharistie ministrent ꝛ matrimoniū solēnizent.

¶ Consyderatio. iiij

¶ Status priuilegiatorū habet q̄ in suis locis et publicis p̄dicare possunt: dū p̄latus nō p̄dicat/ nec p̄dicationē instituit. Similiter hoc possunt in ecclesijs parochialibus de licentia curatorū.

¶ Consyderatio. v

¶ Status p̄uilegiatorū hoc habet: vt idonei p̄sentati sufficiēter p̄ sup̄iores suos ad p̄latū diocesanū valeant in locis suis cōfessiōes audire diocesanorū ꝛ eos absoluere cū tali potestate: ꝛ in casib⁹ talib⁹ q̄madmodū curati parochiales ordinarie funguntur ꝛ nō ampliori: nisi de speciali gr̄a p̄lati maior eis fuerit elargita potestas.

¶ Consyderatio sexta

¶ Status p̄uilegiatorū habet hoc: vt ɔmnis sacramentū penitētie possit plnries sup̄ eadē p̄ctā suuȝ effectū sortiri: saltē quo ad augmentū gratie: cum sit sacramentū iterabile: ꝛ licet meritorie eadē peccata pluribus cōfiteri: nec sit repugnantia q̄n adhuc possit tempus obligari: nihilominus cōfessi priuilegiatis non tenent̄ inuiti eadeȝ peccata amplius cōfiteri plus q̄ si suis curatis eadem cōfessi fuissent: quātū est ex parte efficacie sacramēti. Hoc enī per Joannē. xxij. fuit declaratū: ꝛ vsus cōmunis hoc obtinuit.

¶ Consyderatio. vij

¶ Status priuilegiatorū hoc habet/ vt a cōfessis sibi non debeant curati nouā extorquere confessionem de eisdeȝ peccatis/ ꝓsertim si secreta sint: nec debent p̄hibere parochianos cū talia voluerint eis cōfiteri. Fas sit curatis/ imo tutū inquirere a parochianis suis q̄n ꝛ qualiter/ a quibus confessionē receperint. Quibus veritatē respondere si q̄s parochianus negauerit/ vix in statu salutis esse credi posset. Ipsiq̄ in hoc casu petenti eucharistie sacramentū rōnabiliter denegaret̄/ dicendo: nescio si cōfessus sis ab habente potestatē: ꝛ an in hoc te decipias/ vel alter te.

¶ Consyderatio. viij

¶ Status p̄uilegiatorū hoc habet dū de peccatis publicis absoluunt parochianos: vt ipsi debeant facere fidē de absolutione ꝛ absoluendi potestate: si sup̄ hoc a curatis parochialibus fuerint requisiti: sub pena denegandi rōnabiliter talibus cum se dicunt absolutos eucharistie sacramentū.

¶ Consyderatio. ix

¶ Status priuilegiatorū hoc habet/ vt non debeant inducere voto vel p̄missio alios ad eligendum sepulturā in ecclesijs ꝛ locis suis. Vel ad persistendū in iā electa ibidē: ꝛ hoc sub pena excōicationis late sentētie. Debent p̄terea reddere quartā partē legatorū seu funeraliū curato parochiali ipsius defuncti: que pars canonica nominat̄.

¶ Consyderatio. x.

¶ Status priuilegiatorū ad predicandū debet s̄m qualitatē auditorū formare sermonē: ne coram laicis ꝛ subditis deteganf vitia clericorū atq̄ dominorū. Hoc enī esset nō extirpare vitia/ sed nutrire rebellionē. s. murmurationis ꝛ contēptus apud audientes. Fiat insup̄ p̄dicatio p̄ncipaliter de punctis nostre religionis in fide/ spe ꝛ charitate cuȝ ceteris virtutibus. Sed ꝛ ꝓsertim cōfessiones mulierū ꝛ iuuenū nō nisi locis patētibus ꝛ publicis audire: nec cōuenticula in cameris ꝛ angulis agere presumāt: ab omni specie mala abstinentes se.

De vtroq̄ȝ statu simul

¶ Consyderatio prima.

Status vterq̄ curatorū. s. ꝛ p̄uilegiatorū/ inīungitur cognoscere casus reseruatos prelatis ne seducant̄ ꝛ seducant: si trāsgrediantur limites sue potestatis: q̄uis expediret pauciores casus ꝓserti occultos reseruari: vt sūt p̄ctā illa carnis q̄ frequētissime cōmissa vix cōfitent̄: ꝓsertim p̄ mulieres ꝛ adolescentulos.

¶ Consyderatio. ij.

¶ Status vterq̄ studeat alter alterius onera portare sine cōtentione ꝛ emulatione de rebus p̄dicantis vel alijs: ne si inuicē more cornicū se mordeant cōsumant̄. Ne p̄terea surgat feda opinio ecclesiasticorū apud laicos: ꝛ vituperet̄ ministerium verbi dei. Nōne deus queso abunde diues est p̄ olbus? Nōne pacis est deus: nō dissensionis? Deniq̄ quid p̄dest pharisaica cōtentio de status p̄eminentia

quili facilius est dare operā: vt quis ꝑfectus inueniat: ꝙ si iacens in imis de ꝑfectione status gloriet̄. Attento ꝓsertim ꝙ cōciliorū ecclesiasticorū obseruatio nō pōt ita cōcludi sub regulis qbuscunqȝ qn necesse sit recurrere sepissime ad glossam sapientissimi Augustini tractā ex opibus christi: videlicȝ ꝙ talia dant̄ in obseruāda animi ꝓparatiōe: ⁊ non semꝑ operis exhibitione. Que animi ꝓparatio potest apud omnē statū ⁊ ꝑsonā christiane religionis si vult inueniri.

¶ Tractatus eiusdez

cācellarij parthysiēn. de mō viuēdi oīm fidelium.

Ad nobiles ¶ Consyderatio prima.

Regula prima que spectat ad nobiles/ potentes et scabinos: ne paupes videlicet ꝑ potentiā suā opprimāt: ⁊ a subditis suis opꝑmi ꝑmittāt. Malos vsus in villis suis destruāt. Causas pauperū/ viduarū ⁊ orphanorū libenter audiāt: ⁊ cito iuste iudicēt. Munera ꝓ iudicio faciendo vel festinādo aut retardando nō accipiant. Nil a subditis suis extorqueant.

¶ Ad milites. Consyderatio. ij.

¶ Regula ad milites tangit̄ Lu. iij. Neminē concutiatis. s. in ꝑsona ꝑ potentiam indebite. Nemini calumniā faciatis in rebus quā ꝑ militiam facere possetis. Et cōtenti estote stipēdijs vestri. i. de redditibus vestris multis tꝑibus: accipiendo vero ad defendendā patriā. ij. Mach. xv. Accipe gladium sctm̄ mun⁹ ⁊c̄. Ro. xiij. Nō sine cā gladiū portat.

¶ Ad simplices. Cōsyderatio. iij.

¶ Regula simpliciū quo ad ecclesiā: vt ieiuni ad missam veniāt. In missa nō loquant̄ nec circūspiciant. Ante missam orare debēt/ vt grām dei recipiant. In missa memoriā passionis christi habeant. Ante euāgeliū scti Joānis nō exeāt. Sermones libēter ⁊ diligēter audiāt: ⁊ referre post missam gratias deo satagant.

¶ Ad epōs ⁊ ꝓlatos. Cōsyderatio. iiij.

¶ Regula epōrū ⁊ ꝓlatorū satis patet ad Titum. j. Oportet epm̄ sine crimine esse sicut dei dispensatorem. Et Matt. xx. Qui maior est vestrū/ sit vester minister. ij. Cor. vj. Hortamur vos ⁊c̄. Est autem officiū epi/ malos corrigere ⁊ arguere bonos ⁊ pusillanimes pacificare. Quia sicut dn̄s Petro in ꝑsona cuiuslibet ꝑlati ait: Pasce oues meas ⁊c̄. j. Thes. v. Fratres corripite inqetos: ꝯsolamini pusillanimes. De istis. ij. ad Timo. iiij. Predica verbū: insta opportune/ iportune: obsecra/ argue/ increpa in oī patientia ⁊ doctrina. Et ad Galat. vj. Si ꝓoccupatus fuerit hō in aliquo delicto ⁊c̄.

¶ Ad clericos. Consyderatio. v.

¶ Regula clericorū est habere doctrinā sanā/ vitā sctām/ famā odoriferā. Heb. v. Sacerdotes habēt hostias ꝓ delictis suis offerre. Et Aug. i regula sua: Sit vobis cor vnū ⁊ aīa vna in dn̄o. Psal. Sacerdotes tui induant̄ iusticia. Col. iij. Induite vos sicͭ electi dei miscera miscdie ⁊ pietatis būtes.

¶ Ad religiosos. Consyderatio. vj.

¶ Regula religiosorū est viuere in obedientia/ castitate ⁊ pauꝑtate. Et debēt deuote orare ⁊ cōtemplari/ ⁊ carnē mortificare cōtra vitia ⁊ cōcupiscentias. Vn̄ Aug⁹. in regula monachorū: In oībus ⁊ sup oīa amet̄ ⁊ honorificet̄ deus. Et Hugo de scō Vic. de claustro anie: Sūma religionis regula in hoc depēdet vt ꝓlati custodiāt subditos suos: subditi ꝓlatis benigne obediant: deuoti sint senes: iuuenes ꝓ laboriosi. Sit honestas in habitu: mediocritas in victu. Sint in claustro assidui: ⁊ ad iniuriā rari. Nō sint ciuiles/ sed claustrales. Sint intēti psalmis/ nō causis. Nō sit rumor in claustro/ sed dilectio. In capitulo nō lites/ sed cōfessio. In choro sit sacra simplicitas/ ⁊ circa altare reuerētie honestas.

¶ Ad diuites. Cōsyderatio. vij.

¶ Regula diuitū: ne aliqd iniustū acqrāt: ne propter diuitias suas paupes vicinos suos despiciāt. Paupes sustineāt. Operarijs suis bene ⁊ cito persoluant. Adulatores neqȝ adulatrices in mensa recipiant. Diligēter ⁊ libēter ad ꝯcordiā vicinorum suorum laborent.

¶ Ad pauperes. Consyderatio. viij.

¶ Regula pauperū: vt diuitibus libēter ⁊ fideliter seruiāt: nec diuitib⁹ ꝓpter diuitias suas inuideāt nec ꝓpter pauꝑtatē adulatiōe vel detractiōe peccēt. Nec impatiēter/ sed gratāter pauꝑtatē sustineant: nec iniuste ditari cupiāt: nec ecclīas ꝓpter diuites vitēt. Nihil furti a familia suorū vicinorū/ nec ab alijs retineant.

¶ Ad virgines. Cōsyderatio. ix.

¶ Regula virginū. Nō sint loqces: sed simplices corde ⁊ habitu. Ad virginitatē matris christi cogitēt/ ⁊ eā diligāt. Choreas vitēt. Inter iuuenes nō sedeāt: nec se ab eis palpari ꝑmittāt: nō ament aliquem illicito amore. Adulatores neqȝ adulatrices recipiāt nec audiāt. Orōnes libenter dicant. Sordida verba ⁊ inhonesta fugiant.

¶ Ad viduas. Consyderatio. x.

¶ Regula viduarū est: vt ꝯtinentiā diligāt: ⁊ in vestib⁹ hūiliter se habeāt; ⁊ orōnib⁹ libēter insistant. Hoīes suspectos in hospitio suo nō recipiāt. De ꝯsilio ꝓborū se gubernēt ⁊ viuāt. Sanctā Annā et Helisabet viduas cogitēt. Familiā castā habeāt. Parum per vicos currant.

¶ Ad nuptas. Consyderatio. xj.

¶ Regula nuptarū est Thimo: honorare superiores: diligere maritū: regere familiā: diligent̄ gubernare domū/ ⁊ seipsam honestam ⁊ irreprehensibilē ostendere siue exhibere.

¶ Ad mulieres. Consyderatio. xij.

¶ Regula mulierū est: ꝙ nō se indecenter ornatas ostēdant. Aures/ collū/ guttur ⁊ caput tegant. Humiliter in ecclesia ⁊ vbiqȝ se habeant: nec alias mulieres per superbiam suam iuuent.

¶ Ad maritos ⁊ vxores Cōsydera. xiij.

¶ Regula virorū ad mulieres/ ⁊ econuerso ponit̄ ad Ephes. vj. Viri diligite vxores vestras/ sicut et christus dilexit ecclesiā suā. Vxor aūt timeat virū suū. j. Pe. iij. Viri cohabitantes ꝯm ꝯsciam qsi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorē.

¶ Parentū ad filios. ¶ Consyde.xiij

¶ Regula parentū ad filios. Ephes.vj. Et vos patres nolite ꝓuocare ad iracūdiā filios vestros: sed educate eos in disciplina ꝛ correptione.ij.Corinthio.xij. Non debent filij thesaurizare parentibus: sed parentes filijs.

¶ Filioꝝ ad parentes. Consydera.xv

¶ Regula filioꝝ ad parētes est: ꝙ parētes honorēt/ꝛ eis in bonis obediāt: nec eis sua fureāt. Ad eos nō rñdeant: a maledictiōibꝰ oīno sibi caueāt. Cū parētibꝰ aliqñ ad ecclesiā vadāt libēter: in negocijs parentū suoꝝ fideliter laborent.

¶ Dñoꝝ ad seruos Consyderatio.xvi.

C ¶ Regula dñoꝝ ad seruos Ephes.vi. Uos dñi eadē facite illis remittētes minas ꝛ soluite: dñi qḋ iustū est ꝛ equū seruis p̄state: scientes ꝙ vos dominū in celis habetis. Eccl.vij. Ne ledas seruū tuū in veritate operantē. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: nō defraudes illū libertate: neqꝫ inopem derelinquas illum.

¶ Seruoꝝ ad dños. Consyderatio.xvij

¶ Regula seruoꝝ ad dños. Col.iij. Serui obedite dñis carnalibus: nō ad oculū seruiētes q̄si hoībus placentes: sed in simplicitate cordis timentes deū: scientes ꝙ a dño accipietis retributionē hereditatis.j.Pe.ij. Serui subditi estote in omni timore dñis vestris non tm̄ bonis ꝛc.

¶ Ad familiā. Consyderatio.xviij

¶ Regula ad familiā: Ne fraudē dñis suis in seruiendo: negligendo faciant. Fideles sint in rebus suis custodiendis. Nihil ab eis auferant occulte: nec alios facere ꝑmittant. Nunciū malū nō faciāt vxori vel filijs dñi sui. De male rñdendo caueant. Malos rumores fugiant: vnde in domū malū oriri possit: sed discordias etiā reportare vitēt. Missi cito reuertanẜ. Mercedē suā in supbia vestiū non expendant. Ita viuant in humilitate vt labor eoꝝ sit eis in remissionem peccatorum suorum.

¶ Ad mercatores. Consyderatio.xix

¶ Regula mercatoꝝ est: vt nō in die dñica mercētur. Nec ꝑiurent. Ab illicito sibi caueāt lucro: nec ad diē vendant vel charius ꝓpter dilationem. Ut debitū suū tempore promisso soluant. Nec scientes mentianẜ. Equam stateram habeant: eq̄ pondera ꝛ equam mensuram.

¶ Ad tabernatores Consyderatio.xx

¶ Regula tabernatoꝝ est: Ne ꝑmittāt ludere ad taxillos in tabula sua: neqꝫ in taberna sua. Deum blasphemare nō ꝑmittant: nec meretrices recipiāt de nocte. Plenā mensurā dent oībus. Uinū cū aq̄ ad vendendū non misceant: nec aliqua pocula vel fercula aliquo mō ad vendendū defraudent

¶ Ad hospites. Consyderatio.xxi.

¶ Regula ad hospites est: ꝙ malos in hospitio suo nō ꝑmittant vel scienter recipiant: nec hospitibus suis furenẜ auenā vel fenū. Nec sustineant ꝙ hospites scienter fornicenẜ in hospitio suo. Iustā bonam/rationabilē cōputationem cum hospitibꝰ suis faciant.

¶ Ad senes. Cōsyderatio.xxij

¶ Regula ad senes est: In ecclesia libēter iaceāt. Iuuenibus bonū exemplū p̄beant. De maledicendo siue malefaciendo ipos reprehendant. Turpia verba nō habeant: nec laudent malicias corā iuuenibus. Mulierculas a bono non retrahāt: nec iuuenes laudent in superbijs suis.

¶ Ad omnes. Consyderatio.xxiij.

Regula ad oēs est: vt excōicatos vitēt. Nō se inebrient. Paupes ꝑ posse suo sustineant. Sacerdotes ꝛ religiosos ꝛ ecclesiam vbiqꝫ honorēt. Et deuote ab eis doctrinā audiāt. Festa bñ custodiāt. Decimas rite soluant. Detractionē caueāt. Ab adulatiōe/a blasphemia/a mēdacio/a ꝑiurio/ab assiduo iuramento/a turpibus vbis/ꝛ maxime a luxuriosis vbis se abstineant: q꞉ circūstātes ꝛ audiētes ab eis inflāmantur. Precepta ecclesie teneāt: penitētias sibi iniūctas diligēter impleāt. Alter alteꝝ ad bonū opꝰ inuitet ꝛ de malo rep̄hēdat. Dent libēter elemosynas: q꞉ sicut aqua extinguit ignē: ita elemosyna extinguit pctm̄. Missas/sermōes ꝛ ꝯfessiōes libēter colāt et freq̄ntent. Ablata restituāt: q꞉ nō dimittiẜ pctm̄ nisi restituaẜ ablatū: vt dicit Aug. In vespe.t.in fine vite tormenta inferni ꝛ gaudia paradisi cogitent.

¶ Regula oīm ꝑonitẜ Matt.xxviij. Baptizātes oēs gentes in noīe pr̄is ꝛ filij ꝛ sp̄us sctī: vt ꝯm illud Ioā.i.oēs crederēt ꝑ illū.i.Pe.iij. In fide autem oēs vnanimes. In orōne estote cōpatiētes: fraternitatis amatores/mīsericordes/modesti/hūiles: nō reddētes malū ꝓ malo/neqꝫ maledictū pro maledicto: sꝫ ecōtrario bñdicētes ꝛc. Eccs.vi. Deū time ꝛ mādata eiꝰ obſua. h̄ ē oīs hō ꝛc. vñ Gal.vi. Qui hāc regulā secuti fuerint/pax sup illos ꝛ mīscd̄ia.

¶ Sermo eiusdē doctoris de tribulationibꝰ et defectuoso ecclasticorū regimine/adhuc ecclesie ꝓuenturis: ꝛ de signis earundē et sententia ꝓnūciatus de ꝯceptione gloriose virginis Marie in cōcilio Constantiesi.

Dominꝰ dabit vobis signū. Ecce virgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiū. Esa.vij.recitatū ꝛc. ¶ Nūc quo ad scōm Reuerē. pres ꝛ dñi restat ostēdere quō signū oīpotētie ꝛ sūme clementie factū sit signū ꝯtradictionis ꝛ ruine. Contradixit enī Achaz petere signū quod ꝑ prophetā scꝫ Esaiā a dño sibi erat preceptū: Non petā inq̄t ꝛ nō tentabo dominū. Hoc q̄dē addidit: ꝛ nō tentabo dominū: forma quidē pietatis/sed non virtutis. Colebat achaz idolum quod deserere noluit: e ideo ne dñs exaltareẜ ꝛ idolum vilipendereẜ/signū petere recusauit. Et propter hoc teste beato Hiero.in glo.in grauem ruinā incidit: q꞉ totalr̄ a dñō derelictus fuit. ¶ Uex q꞉ ipsius achaz ꝯtradictio signi aduentū longe p̄cessit. Cōsyderemꝰ illud qḋ iustus simeon ꝛ timoratꝰ post signi ortū ꝓphetauerit: Ecce inq̄t positꝰ est hic in ruinā multorū in isrl̄: ꝛ in signū cui ꝯtradiceẜ. Ad virginē ṽo: Tuā inq̄t ipsiꝰ aīam ptransibit gladius. Luc.ij. Quod vtiqꝫ orto signo herodes impleuit: quia mox pue a

ti aíam ɋ̃suit. Postmodũ cõtradixerũt iudei/cõtradixerũt ꝑsecutores/cõtradixerũt heretici: quoꝝ aliq̃ virginẽ nõ de subã carnis christũ edidisse dogmatizabãt. Alij filiũ nõ pepisse/sed repperisse fibulabãt. Alij ꝟo cognitam blasphemabãt. Alij dei matrẽ audire nõ sustinẽtes/magnũ illud nomẽ theotocon impijssime suggillabãt. Sed cunctas hereses in suis autoritatib⁹ sola virgo in ruinã detrusit/q̃n archangeli signũ nũciantis credidit. ¶ Sz ꝑter hos magis cõtradicũt alij. s. moderni ecclesiastici q̃ nedũ signo ꝯtradicũt: sed gladio virginis aíam crudeliter transfigunt. Per virginẽ noto ecclesiã cuius typũ gerit virgo Maria: quã trahũt in ruinã ꝑ mala exẽpla. Neqꝫ enĩ hereticoꝝ atqꝫ ꝑsecutorũ cõtradictio tantã ecclesie intulit ruinam: q̃n ipa semꝑ in sobolẽ cresceret nimiã: imo q̃ato maiorẽ cõtradictionẽ sustinuit/tãto plures sue virginitatis defensores peperit. Tales ꝑgebãt intrepidi in eius adiutoriũ: galeã bonoꝝ exemploꝝ imponebãt capiti: ⁊ accingebant gladiũ spũs quod ẽ verbum dei. Porro si q̃sqꝫ hic videbaẽ calcari in sanguine/tamẽ viuebat: ⁊ eo amplius crescebat ex dei virtute: dño de eo loquente sub nomine hierusalẽ. Ezech. xvi. In die qua nata es inq̃t vidi te cõculcari in sanguine tuo/⁊ dixi tibi: In sanguine tuo viue. ⁊ loquiẽ de tẽpe martyrũ. Sequiẽ: Et multiplicata es quasi germen agri/⁊ grandis effecta es: emũdaui sanguinẽ tuũ ex te. s. cessante ꝑsecutione. Grandis q̃dẽ effecta erat multitudine credentiuꝫ: grandis speciositate virtutũ: grandis copiositate tꝑaliũ: eodẽ ꝓpheta subsequenter dicente: Dedi inq̃t coronã decoris in capite tuo: ⁊ ornata es auro ⁊ argento. Decora facta es nimis vehementer ⁊ ꝓfecisti in regnũ: ⁊ egressum est nomẽ tuũ in gentes ꝓpter speciẽ tuã: q2 ꝑfecta eras in decore meo quẽ posuerã suꝑ te. Magis videẽ historia hec q̃ ꝓpheta de ꝓsperitate ecclesie. ¶ Sed quid reuerẽ. pa. ⁊ dñi de moderno tꝑe idẽ ꝓpheta subiugit audiamus: Et habens inquit fiduciã in pulchritudine tua. s. in tẽporaliũ abundantia ⁊ seculari potentia: fornicata es in nomine meo: loquiẽ similitudinarie de fornicatione: sicut mulier ħñs venale q̃d natura fecit nõ venale/diciẽ fornicari. Sic etiã diciẽ fornicari ẜm doctores ħñs venale precẽ/ precio vel inordinato fauore quod gratis erat dãduꝫ ꝓ virtute. ¶ Sequiẽ: Et post oẽs abominationes tuas nõ es recordata dieꝝ adolescentie tue. s. de tẽpore martyrũ ⁊ sctõꝝ patrũ: sed in cunctis plateis ad omne caput vie edificasti signa ꝓstitutiõis tue ⁊ abominabilẽ fecisti decorẽ tuũ. Tunc sequiẽ punitio ⁊ grauis ruina: Ecce ego inq̃t dabo te in manus odientiũ te: ⁊ destruẽt lupanar tuũ/⁊ demoliẽtur ꝓstibulũ tuũ. i. locũ in quo exercebaẽ iniusticia ⁊ simonia: ⁊ denudabũt te vestimẽtis tuis: ⁊ auferẽt vasa glorie tue/⁊ relinq̃nt te plenã ignominia. Hec dicit dñs omps. Ezech. xvj. ¶ Sed forsan aliqui blandiẽtes sibi putãt hec sic dicta de futuro q̃ nõ sint timẽda: aut q̃ venire debeãt de ꝓpinquo. Et ideo q̃uis nõ sit nostrũ nosse tẽpora vel momẽta que pater posuit in sua potestate: tamẽ propono ex dictis doctoꝝ ⁊ sacra scriptura aliqua contradictiõis ⁊ ruine signa adducere: ex quibus possum⁹ ꝓpinquitatẽ suspicari vel coniicere.

Primũ signũ est rebellionis ⁊ inobedientie.

Et hoc sumiẽ ex verbis apli. ij ad Thes. ij. Et nisi venerit discessio primũ ⁊c. Nã beatus Hiero. xj. q. ad inquisitionẽ algasie exponit de romani imperij desolatione: inter quã ⁊ ecclesie ꝑsecutiones ꝑuias antichristo: quartum vna forsitan erit ꝑma tꝑaliũ ablatio: nullum ponit mediũ. Quedã glosa dicit q̃ erit discessio aliaꝝ ecclesiarũ ab ipa romana ecclesia. Magister suꝑ verbo ꝑmisso has simul cõiungit. Cõpleta inquit hac accessione ad romanũ imperiũ ⁊ ecclesie obedientiã: aderit discessio ab vtroqꝫ imꝑio. Accessionem nouimus fuisse ante huius schismatis ortũ postmodũ cõpleta videẽ fuisse discessio. Et ꝑmo ab imperio tẽporali. Hoc satis euidẽter apparuit: q2 vix ciuitas/baro aut miles ante huius gloriose virginis assumptionẽ romano imꝑio obedire curauit. Et si aliqui videbanẽ obedire/hoc erat vẽ in sanguinis ꝓpinquitate/vel ꝑsidentis ꝓprij dominij potestate. ¶ Discessio a romana ecclesia videẽ in ecclĩa cõpleta. Nã si ꝑmo vel secundo electus in exordio schismatis fuerit pontifex vere: tunc ab vtroqꝫ vẽ successoribus recessus videẽ cõpletus. Nã ad tantã ambiguitatẽ vniuersalẽ ecclesia deuenit q̃ ignorat apud quã partẽ ꝟa sedes romana erat: nisi forsan deus alicui reuelasset: aut Salomonis iudiciũ de puero diuidendo: ⁊ vera ⁊ falsa matre hoc persuaderet.

Secundũ signũ desolationis est inuerecundia. y

Et hoc sumiẽ ex illo: q2 efficiẽ moribus peior q̃ fuit synagoga: cũ imminebãt ei⁹ ruina. Vñ ẜm beatũ Hierony. triplex erat peccatũ phariseoꝝ/qui ⁊ dicebanẽ clerici iudeorum. s. auaricia: q2 columbas in tẽplo vendi ꝑmittebant. Solũ labijs deũ honorabãt: ⁊ tanq̃ hypocrite docebant q̃ nõ faciebant. Sed nunq̃d id peius est sacrilegiũ ecclesiastica beneficia ⁊ spũales ꝑtãtes ꝑcẽ/ꝑcio aut inordinato fauore distribuere/q̃ columbas in templo vendi ꝑmittere? An ne minus malũ sit solũ labijs deum honorare: aliosqꝫ ꝑ hoc ad deuotionẽ inducere q̃ locũ ministerij: solũ spe q̃stus suscipere: ⁊ cessare ob suꝑbiaꝫ a laude dei/ ⁊ silere. Et de talib⁹ Esa. lvi. Canes muti nõ valẽtes latrare. Canes impudẽtissimi nesciẽtes saturitatẽ. Venient dies suꝑ vos ⁊c. Demũ nunq̃d min⁹ nocuum videẽ ecclĩe ꝓpriã maliciã hypocrisis pallio cooperire: ⁊ velut es sonãs ⁊ cymbalũ tinniẽs alios ꝑ ꝑdicatõis officiũ docere: q̃ inuerecũde prauis morib⁹ ⁊ exẽplis subditos secũ in ruinã trahere? Estimo enĩ q̃ nemo boni iudicij cõtrariũ diceret: sed illud Hiere. iij. potius cõpletũ cõcederet: Iustificauit aíam suã auersatrix israel. i. synagoga cõparatiõe ꝑuaricatiõis iude. Ibi Origenes de nobis loquit hec intelligit Ezech. xvi. dñs loquẽs ecclesie Soror tua samaria. i. synagoga: dimidiũ peccatorũ tuoꝝ nõ peccauit: sed vicisti eã sceleribus tuis. Sequiẽ ruina: Ergo ⁊ tu porta ꝯfusionẽ tuam. Et

infra.xxiij. postq̄ diffuse descripsit maliciā ꝛ destructionē synagoge/adiecit dicēs de ecclesia: Plꝰ insanuit libidine: ꝛ fornicationē suā ꝓbuit impudenter diuitibus ꝛ magistratibus ad se venientibꝰ induta veste varia. Et bene inq̄t induta veste varia īsanuit libidine.i.cupiditate diuitiaꝝ ꝛ cōcupiscentia deliciaꝝ. Erat nāq̧ futurū vt ꝑlati ecclesiaꝝ nō vererent̄ ecclesie ꝑmitiue venerandā pudiciciā precio ac ꝑcibus ꝛ impijs actibus infamare. Ita vt impletū sit qđ sequit̄: Cōfracte sunt māme pubertatis tue. ¶ Subiungit tūc ruinā repetēdo causaȝ eius. Recessit ala mea ab ea/sicut recesserat a sorore eius.i.synagoga: q꞉ scelus tuū ꝛ fornicationes tue fecerūt hec tibi:loquit̄ de fornicatione supius expressa/id est simonia.

Tertiū signū sumitur ex

ꝑsonaꝝ dispositiōe: ꝛ est imoderata inequalitas: q̄ alius ꝛ sepe dignior esurit. Aliꝰ ꝛ freq̄nter indignior pre multitudine ꝛ magnitudīe beneficioꝝ ebriꝰ est. Nā sicut in bona harmonia requirit̄ vocū inequalitas ꝓportionabilis/tamē moderata: q̄ si nimia fuerit/tollit̄ melodia. Ita ſm pħm ꝓpter ciuiū disparitatē/ ꝛ ꝑsertim indignoꝝ exaltationem/ dignoꝝq̧ depressionē/obruit̄ politia: ꝛ ideo dicit ꝙ politia in qua sunt plures mediocres/est diuturnior. Sed nō puto ꝙ vnq̄ fuerit aliquaꝝ gentium politia: in qua esset tanta sacerdotū differentia: vt hi quidē essent maiores ꝑncipibus huius seculi/licet indoctiores. Alij eiusdē gradus ꝛ ordinis: licet doctiores ꝛ sapiētiores/deiectiores vulgo. Cōitas eñ talis apud eundē philosophū vocat̄ oligarcia ꝑterea videmus in corꝑe humano (cui apostolꝰ in pluribus suaꝝ epl'aꝝ passibus ecclesiā cōparat) ꝙ si nutrimentū fluit ad vnū membrū/ita vt enormiter ingrosset̄: ꝛ alia nimia attenuatiōe demacerentur/ nō pōt diu viuere. Sic in corpore ecclesie si supiores fiant ita graues attractione substantie ꝙ inferiores vix possunt pre inopia se sustinere: hoc est signū iam ꝓpinque ruine. De talibus eñ ait dñs Amos.iiij. Vacce pingues in hierusalē qui calumniā facitis egenis: ꝛ cōfringitis pauperes. Ecce dies venient super vos. Et infra.vi. Ve qui opulenti estis in sion/id est in ecclesia.

Quartū signū est fastus

ꝛ superbia ꝑlatoꝝ/ ꝛ alioꝝ ecclesiasticoꝝ. Quāuis eñ ex naturali prudentia ꝛ morali philosophia similiter ꝛ theologia cōcedit̄ ꝙ ecclesiastici debent habere vnde possint honestius viuere q̄ populares ꝛ ꝑlati q̄ subditi. Ex hoc tñ nō admittitur familie ꝛ equoꝝ ꝛ vestiuȝ supflua pōpa q̄ raro absq̧ supbia pōt duci ꝛ salua iusticia sustineri: ꝛ plerūq̧ nō sine iniurijs ꝛ delictis gubernari. Nā tantꝰ fastus in dei ecclesia potissime tꝑibꝰ istis nō tā paucos mouet ad reuerentiā q̄ multos ad indignationē: ꝛ plures inuitat ad ꝑdaȝ q̄ se reputarent forsan deo sacrificiū offerre: si possent quosdā diuites ecclesiasticos spoliare. Tales fastuosos notat dñs Amos.vj. Optimates capita populoꝝ ingredientes pōpatice domū isrl'. Quibꝰ in signū ruine leo- dem capitulo ve dicit Esa.xxviij. Ve corone superbie: pedibus cōculcabit̄. Quod abbas Joachim exponit de magnis ꝑlatis/q̄ ꝓpter eoꝝ supbiā ꝓcurant vt fiant in ecclesia dei schismata.

Quintū signū sumitur ex

tyrānide ꝑsidentiū: q̄ cū sit violenta/durare in eternū nō pōt. Vnde ꝓprietas tyrāni est querere non bonū publicū subditoꝝ/sed vtile ꝓpriū. Tales sūt pastores q̄ nō pascunt gregē dñi/sed semetipsos: q̄bus dicit ve Ezech.xxxiiij. Gaudent de malefactis eoꝝ quos pecuniaiter ꝓnt cōdemnare. Nec querit quis quantū deliquerit: sed quantum quis soluere possit. Quibus dñs dicit Michee.iij. Audite duces domus israel. Vos odio habetis bonum ꝛ diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eoꝝ desuper eis. Qui comederūt carnes populi mei ꝛ pellem eoꝝ desuper excoriauerunt. Ideo dicit dominus Ezech.xxxiiij. Cessare eos faciam vt nō vltra pascant gregem meū: liberabo eum de ore eoꝝ ꝛ non erit eis vltra in escam.

Sextū signuȝ est ꝙ cōturbatio

bario principū ꝛ cōmotio populoꝝ quā in multis partibus exꝑimur irrecuperabiliter destruere ecclēsiam ꝛ destruxisse: ita vt impleat̄ illud Hierem.iiij. Cōtritio sup cōtritionē vocata est repente: vastata sunt tabernacula mea. Ezech.vij. Adducā pessimos de gentibus ꝛ possidebūt domos eoꝝ: ꝛ quiescere faciā supbiā potentū: ꝛ possidebunt sanctuaria eoꝝ. Cōturbatio sup cōturbationē veniet: ꝛ auditus sup auditū. Et ista videmus impleta in grecia/in vngaria/in inclyto olim Bohemie regno: ꝛ pluribus vicinis regionibus.

Septimū signū est recu

satio correctionis si forte de ꝑncipibus ecclesie intelligat̄ qđ scriptū est zach.vij. Noluerunt attendere/ ꝛ cor suū posuerunt vt adamantē: ne audirēt verba q̄ misit dñs in spū suo ꝑ manus ꝓphetaꝝ suoꝝ. Et Esa.xxx. Filij mendaces noluerunt audire verbū dei qui dicunt: Nolite inspicere nobis q̄ recta sunt. Loq̄mini nobis placentia: q꞉ nolunt intelligere vt bene agāt. De quibus Amos.vij. Odio habuerūt in porta corripientē: ꝛ loquentē ꝑfecte abominati sunt. Tales salutaria monita ꝛ sacram scripturam reputant fabulas: ꝛ in ea meditantes iudicant fantasticos. Contra quoꝝ ecclesiā dominꝰ Osee.iiij. Quia tu scientiā repulisti: repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legꝭ dei tui obliuiscar ꝛ ego filioꝝ tuoꝝ: ꝛ ſm multitudinē eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eoꝝ in ignominiam commutabo. Et erit sicut populus sic sacerdos. Et Ezech.vij. Lex peribit a sacerdote: ꝛ consilium a senioribus.

Octauū signū est nouitas

opinionū. Ex h̄ eñ surgūt hereses: schismata orta defendunt̄/ ꝛ defensa radicant̄: radicata vt experimur fidē ꝛ ecclesiā destruūt. Moderno eñ tēpore vnusq̄sq̧ īterꝑtari ꝛ trahere nō veret̄ sacrā scripturā/ira/sctōꝝq̧ patꝝ instituta ad libitū sue volun-

ratis: put amor/odiū/inuidia/spes pmotōis aut
vindicta eū inclinat. Aliq eor leuiter nimis alios
hereticos dicūt: quos tñ nondū hereticare noue-
rūt. Alij verecūdia ducti qnq forsan errores defē
dūt: ne leui opiniōe vulgi videant inqnati. Ibi in-
ncē vt ait apls/lāguēt circa qstiōes t pugnas ver
bor: ex qbus oriunt inuidie/ pteñtiōes/ blasphemie
suspitiōes male. i. Tim. vi. et. ij. Timo. iiij. Erit in
quit tps cū sanā doctrinā nō suscipiēt: sed ad sua
desyderia coacervabūt sibi mgros prurientes auri
bus: t a veritate qdē auditū auertēt/et ad fabulas
cōuertētur. Fabule t nō sane doctrine sunt: q i p
suasibilibus hūane saple verbis/ vel i sublimitate
sermonū/aut sm zelū t cōtētionē aut inanē glori-
am: nō i reuelatiōe spūsscti/ sz sm traditiōez holm
cōsistūt. A qbus qtuor nos cautos reddit/ vt non
circūferami inqt oi vēto doctrine t neqtia holm
i astutia t circūuētione error. ¶ Preter hec sunt
alia signa/videlicet recessus iusticie. Hec fuit cau
sa destructionis romanorū: put deducit Aug. li. d
ciui. dei. Destructio studior: quā comitatur penu
ria sapientū: t hāc seqbat destructio grecor. Pre
latio puerorum ac ignorātiū ac prauor: t hec erit de
structio latinorū. ¶ Plura alia sūt scpta i pphis
de deiectiōe sacerdotalis honoris: ex qb9 t pdictis
sapiēs pōt ɔcludere ruinā tpalū ecclesie d ppiquo
iminere. Et forsan iuxta illud Esa. xxx. Subito dū
nō sperat veniet cōtritio. Quia Prouer. i. scribit:
Despexistis oēm ɔsiliū meū: t oēs icrepatiōes me
as neglexistis. Ego aūt i interitu vro ridebo/ cuz
irruerit sup vos repētina calamitas: qñ veniet sup
vos tribulatio t angustia. Nec debemus reputa-
re hoc impossibile: qr nostris tpibus vidimus ali
qua q nuper erāt incredibilia. Et timendū est ma-
iora esse in posterioribus. Immo verisile puto q a
multis annis nō fuerūt tot maliuoli/tāti corde re-
belles t alo accēsi cōtra ecclesiā sicut his diebus.
Uidetur eñ q dns cōuertit cor eorū vt odirēt po
pulū eius: t dolos facerēt in seruos eius. s. in sacer
dotes: ps. ciiij. Quos in longū cōpescere neqq va
lebimus: nisi signis virtutū manifestis ad beniuo
lentiā eos inclinauerimus. Nec multū pderit/ vel
forsan ad modicū durabit vnio: nisi cessent pmis-
sa signa: q etiā fuerūt cā schismatis: t seqtur nota
bilis et magna mor reformatio. ¶ Ad hoc enim
Re. pa. t dñi/deus oñipotēs miro quodā mō cū-
ctis prius inestimabili vos diuersos quinimo aduer
sos/tāta multitudine in vnū congregauit. Ad vos
totus mūdus tanq ad signū ducēs naufragantes
ad portū: respicit hoc ipsa ecclesia inenarrabilib9
lachrymis t gemitibus a quolibet vestrū queren
do reqrit Job. xxix. Quis mihi tribuat vt sim si-
cut fui in diebus adolescētie mee/ qñ oñipotens
erat mecū. Tunc eñ oñipotēs erat secū: qr in pri-
scis patribus nullū apparuit cōtradictiōis signū.
¶ Prestolat etiā dies adolescētie sue: vt morib9
et doctrinis sanctor patrū decorata: possit (vt ait
btūs Aug. in sermone sup Cātica) exēplo ɔginis
credēdo verbū diuinū cōcipe/ t pdicādo parere: re
belles quoq t cōtradicētes vigore sue adolescētie
in ruinā detrudere. Hoc significauit virga Aarō
qñ dñs pcepit Moysi Nume. xvij. Defer inqt vir
gā Aaron in tabernaculū: vt seruetur in signū re-
belliū filiorū israel. Uirga Aaron florida t fructi-
fera: q̄uis non sarculo culta nec humefacta: virgi
nē concipientē t parientē/ q̄uis virū nō cognoscē
tē/signat: q posita erat in signū rebelliū. i. cōtradi-
centiū t ruinā. Et h pphera nūciauit domui Da-
uid/vbi thema: Nūquid parū vobis est molestos
esse holbus. i. cōtradicētes: qr molesti estis et deo
meo: ppter hoc dabit dñs ipse vobis signū.

¶ Declaratio compendiosa defectuū virorū ecclesiasticorū.

Forte dicitur mihi:
Ecclesia fundata est supra firmā pe
trā: flauerūt venti: inundauerūt flu
mina: nō est passa ruinā: quō tu di-
cis/reformatiōe indiget? Aut dic in
quibus. Sed si in nullis eius ptibus etherogene-
is. i. in eius statibus/vel in nullis ptib9 materiali-
bus siue fluctibus. i. singularibus suppositis ho-
ꝑiter sicut de baptismo. ¶ Dic an circumcisus si
mulq; baptizatus insigniebat̃ duplici charactere
⁊ si ĩ eo gratia duplex augebat̃. Ita/si capax erat
vtriusq;: ⁊ dũ circumcisio currebat vtiliter. ¶ Di-
cut circũcisio q̃ data in fedus eternũ cessauit: quid
dico cessauit: Imo facta est mortifera/adeo vt paulꝰ
denunciet: Si circũcidimini/christus nihil vobis
ꝓdest. Dico q̃ ꝓprie nõ cessauit: sed transiit in ba-
ptismũ cuius erat figura: quid igit̃ mirandũ si re
exhibita figura cesserit. ¶ Sed auget questionis
admirationẽ: cur ꝓpter cõseruationẽ circũcisionis
⁊ aliorꝝ legaliũ Paulus restitit petro in facie: cum
tamẽ ipse quosdã circũcident. Igit̃ quo pacto re
prehẽdit ipse quod agebat: ⁊ ꝑsertim supiorẽ ĩ au-
toritate apostolatu seniorẽ ⁊ in gratia confirmatũ
die Pentecostes: qualiter inculpat Paulus eũ: et
narrat nõ recte ambulasse ad veritatẽ euangelii.
Respõsio: distinguenda sunt tpa/et ꝯcordabunt̃
scripture. Tps circũcisiõis tripliciter cucurrit. Cur-
rebat ꝓmo vtiliter vsq; ad baptismũ. Scḋo ꝑmissi
sue apud iudeos/vsq; ad publicationem euãgelii
pleniorem; vt mater synagoga honestas haberet

credas. Sed tunc apud gētes/ꝛ post apud oēs pe
stifera fuit eius obseruatio: ꝓpterea Petrꝰ ꝛ pau
lus licite qnosdā circūciderūt ex iudeis ꝑe illo me
dio. Sꝫ qꝛ facta petri circa iudeos gētiles scādali
zabāt/q̄si sic deberēt circūcidi: Paulus doctor gē
tiū auertit petrū de re hmōi: q̄ tota sibi humilita
te paruit: ꝛ ita neuter peccauit/saltem mortaliter
Sed dic: si Petrus non errabat in fide: q̄liter sibi
dixit paulus/cur ita facis? Certe ex autoritate le
gis diuine iubētis fraternā correctionē: cui legi ne
mo nō subiectus est. Quid si petrꝰ/versa vice Paulo
restitisset in faciē nolēs acq̄escere: an paulus se ab
eo subtrahere/an nō obedire/an ad ecclie cōciliuꝫ
appellare potuerat? Si conciliū in h̄ supiꝰ erat vel
petro vel ecōtra? si paulus restitit petro vt eiꝰ car
dinalis existēs/vel vt eq̄lē se deputās/et nihil a pe
tro autoritatis/sicut nec euangelii sui recipiens?
Quid si de facto i paulū excōicatiōis sñias ꝓmul
gasset: an eas paulus timuisset? Quid si petrꝰ ꝑsti
tisset in h̄ errore: nunq̄d eo facto papatū ꝑdiderat?
ꝙ si nō: nunq̄d tñ deponēdꝰ erat: ꝛ ꝑ quos ꝛ quō?
An conciliū sine eo potuisset i hoc casu celebrari?
Quid si petrus vi armata errorē suū defendere vo
luisset: nunq̄d ipo etiā manēte papa vim vi licuis
set repellere/aut verbis aut carceribus/aut ipa de
niq̄ morte? Hiero. pterea et Augꝰ doctores eximii
cū discordēt in hac materia/nunq̄d alter eoꝝ dicē
dus est hereticus? Ille paulū dispensatione menti
E tū: hic petrꝫ iuste rephēsuꝫ fuisse defendit. ¶ Por
ro cur in cōcilio de cessatione circūcisiōis petrus
summꝰ pōtifex nō tulit sententiā sed iacobus. In
nuebā studiositati vt taceret: ꝛ nō poneret in celū
os suū. Tunc exclamans dixit: Nunq̄d nō expedit
de talibꝰ inq̄rere: vt sciat q̄libet magnus cū pusil
lo q̄litatē sue potētie/sue subiectiōis/ sui cordis: q̄
sibi cōpetit iure diuino naturali vel humano: ali
oq̄n error facile surreperet: ꝛ cōfusionis horrore cun
cta fedarent̄. ¶ Quid est igit̄ qđ innuis mihi/ q̄si
nō liceat de potentia petri disputare? Nōne de oī
potentia dei quotidie ꝑquirimꝰ? Sed tñ vis vt ista
nūc ꝑterea: reuertamur ad puerū iesum. ¶ Dic si
puerū istū circūcisionis dolor attigit: cū vtiq̄ gau
dio magno frueret̄? Sic ꝛ forte tātus q̄ntꝰ in passi
one nūc ꝑuisa. ¶ Dic si cor eius motibus oppo
sitis dilatatione et cōstrictione simul mouebatur?
Rñsio: nō oportet: qꝛ gaudiū superioris portiōis
nō redundabat in corpus. ¶ Dic si vere cōpatie
bat̄ ei mater sua cōscia tāti gaudii/tātiq̄ mysterii
nō ignara? Rñsio: cōpatiebat̄: ꝛ iā ptransibat gla
dius aīam eius: vt nō eximeret̄ ab illa regula: ꝙ ꝑ
multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnū
dei. Et hoc horrēdū ꝓ pctōribus: qꝛ aut hic erūt
in labore hominū ꝑ penitētiā/aut in societate de
monū ꝑ dannationē. ¶ Ceterū dic/cur hoc po
tissimū die christus circūcidi voluerit: cū supstitio
nes impie in his Januarii Kal. plus vigebāt? Re
spōsio: vt eas deserēdas ostēderet. ¶ Cur nōdum
cessauerunt neq̄ in clero neq̄ in ppl'o/tā sup ence
niis ꝛ aliis obseruationibꝰ vanis ꝛ variis/q̄ super
ritibꝰ improbis ꝑ ecclesias: quos appellāt ludos
fatuoꝝ/sicut vere fatuitates sunt/imo insanie sacri

lege/impie ꝛ blasphheme: q̄s iter ecclesiasticos im
pune fieri stupor est? Nūquid apponi deberet puni
tio? Ita deberet: sed pluries audisti/qꝛ q̄stio ꝑ de
bet solui ꝑ nō facit. Prouideat gr̄a dei saluatoris
nostri/ꝛ sūmi pontificis diligētia. ¶ Questiones
hmōi multiplicare magis ꝛ magis satagebat im
portune nimis studiositas speculatrix in medita
tione mea. Cui ego: Noli ꝑcor mihi molesta esse:
Locū ꝛ tps aliud expecta. Nō est iste disputatiōis
speculatiue actus/sed edificatiōis practice. Tu in
terim secedas aliorsū: vt de gratia dei ꝛ signis eiꝰ
certo ꝑgat itinere sermo noster/ꝑsertim ad signū
scđm: quod esse posuimus benignitatē saluatricē:
sicut notat̄ in nois impositione. Si tñ ꝑus ex his
q̄ circa ꝑmū signū diximus: qđ est/ humanitas seu
humilitas/cōsyderationē moralē q̄druplicē nota
uero ſm quatuor effectꝰ gratie dei: q̄ sunt abnega
re impietatē ꝛ secularia desyderia. Sed ꝛ sobrie et
iuste et pie viuere in hoc seculo. Quāq̄ male sua
sa pestis adulatio ꝑstrepat/et susurrās loqui ꝓhi
beat: asserens ꝙ vetere puerbio/veritas odiū pa
rit. Et ꝙ nō opus est teneras mordaci rodere ver
bo auriculas. Sed plus roboris affert apl's in fi
ne epistole/stimulās quēlibet ꝑdicatorē in perso
na Tyti: Hec loquere et exhortare ꝛ argue cū omī
imperio. Nemo te contemnat.

Consyderatio prima. D

¶ Ad apparentē gratiā dei in circūcisione humi
lis pueri Jesu: princeps ꝛ ꝑlatus q̄libet/ꝛ si dica
tur solutus legibus: pati debet legē quā ipe tulerit
tū ꝓ subditoꝝ exemplo: tū ꝓ reuerētia ꝑstāda deor
vt appareat gratia dei in eo/ꝛ nō impietas aut se
cularia desyderia videāt̄ dñari. Poterant hic vti
gentiliū exemplis ꝓprias in se leges/ꝗbus durissi
mas seruantiū: quoꝝ Valeriꝰ meminit. Sed abū
de satis est ad exemplū summꝰ legislator Christꝰ et
pontifex supremꝰ: qui ob hoc legē ꝓpriā nō solue
re/sed in semet implere voluit: vt eius actio esset i
hoc ꝑncipū ꝑlatorūq̄ instructio. ¶ Ubi nihilo
minus notandū occurrit cōtra eos q̄ tāta obstina
tione legibus mortuis humanis adherēt: legē vi
uā fundatā in lege eterna ꝛ in eq̄tate: seu epikeiam
penitus vel ignorātes vel spernentes: ꝙ lex ꝑficit
ꝛ implet̄/dū vel in finē meliorē/vel salubriori hꝰme
dii ordinat̄: qui finis est charitas ſm aplm: alio
quin christus legē antiquaꝫ nō implesset ꝙ soluis
set. Et hoc documentū nō mediocriter spectat ad
schisma ꝑsens: cuius sedationē inuenire nō suffi
cerēt leges humane iā cōdite: nisi supior lex diui
na viua et architectonica cōsulat̄. Qđ qꝛ forte nō
satis actum est vsq̄ in ꝑsens: obtigit qđ ait dñs in
Esa. Timuerunt me mandato hoim ꝛ doctrinis.
Ideo ecce ego addā vt admirationē faciā populo
huic miraculo grādi ꝛ stupēdo. Peribit eīm sapi
entia a sapiētibus eiꝰ: ꝛ intellectus prudentiū eius
abscondet̄. Ex quo loco sumpsit Jesus illud im
properiū cōtra phariseos/ꝙ irritū faciebāt māda
tū dei ꝓpter suas traditiones. Audirent vtinā ista
auribus suis hi qui legē euangelicā/legē diuinam
cū ꝓfessoribus suis deserētes/hūanis inuētiōibus

incũbũt toti adeo vt ad superiorẽ legẽ illã oclos
attollere vel non valeant ex ruditate/vel nollint ex
ingratitudine/vel negligant ex inerti segnicie. Cũ tamẽ
vbi leges humane nõ sufficiũt(put in schismate
psenti cõpertũ videt)vt ad legis diuine radicẽ et i-
terpratationẽ consultatio referat:et ſm eã cõstitutio
formet necesse est. Quid autẽ mali:qd periculi:qd
confusiõis attulerit cõtẽptus sacre scripture vtiqȝ suf-
ficientis p regimine ecclesie(alioqn christus fuis
set legislator imperfectus)interroget experientia: con
syderet clerus/cui desponsari debuerat sapientia
q̃ de sursum est pacifica et pudica:an ipe formicat⁹
est cũ adultera illã meretricula sapientia terrena/
aiali et diabolica? Status insup ecclesie nõne fact⁹
est totus quasi brutalis et monstruosus? vbi celum
deorsum:hoc est scȝ id qd spũale est: et terra sursuȝ
spũs seruiens et caro dominans:pncipale accesso
riũ et accessoriũ pncipale/vsqȝ ad hoc vt quidã de-
lirare non dubitent:q p inuentiones hũanas etiã
melius q̃ p legẽ diuinã euangelicã regeret:q̃si mi-
nus sit aula q̃ corpus:et spũalis q̃ carnalis fruct⁹
Hec assertio p meã fidẽ blasphemia ẽ:nedũ falsa.
Euangelica q̃ppe doctrina p suos pfessores dila
tauit ecclesiã vsqȝ in celũ:quã filij Agar exquirẽtes
sapientiã que de terra est detruserũt vsqȝ in cenũ.
Et q nõ ex toto corruerit:est ex gratia dei et salua
toris nostri. Hec ego loquor eo liberius quo mihi
conscius sum: non ex questu/non ambitu/ non ad
laudem propriã mee pfessionis/sed p assertiõe ve
ritatis et vtilitate publica hec dicere. Quia ad veri
tatẽ cuna ista theologiã hactenus minus debito
pmouit/ne dicã spreuit:que tamẽ omnẽ sibi q̃ pol
let gloriã acquisiuit. Per quid? Per pdicationem
humilẽ generatricẽ deuotionis in cordibus fideli-
um/maxime principũ. Nã si desit religiosa deuo-
tio/honoratio ecclesiaꝝ q̃lis erit? Prouideat gra
tia summi pontificis vt nunc cepit.

Consyderatio secunda.

E ¶Apparens gratia in humilitate pueri Jesu cir-
cũcisi/docet prelatũ quẽlibet:vt iuxta consilium sa
pientis positũ a Tullio:quanto maior est humili-
et se in omnib⁹. Et ab omi se supbie intẽperãtieqȝ
signo circũcidi dat. Tanto enĩ esse humilior et ad ser
uiendũ pmptior q̃sqȝ debet ex munere ait Grego:
quanto se obligatiorẽ esse cõspicit in reddenda rõ-
ne. Nã ab eo cui plus cõmittit/plus exigit. Jta vt
saluberrimũ sit christi documentũ metaphysicali
rõne fundatũ. Qui voluerit esse maior inter vos/
erit oĩm minor et minister:q: ſm magnitudinẽ do
minationis est subiectionis grandior obligatio:
Q̃obrem summus pontifex non ficta verborũ hu-
militate:sed veritatis attẽtione pfunda noiat ser-
uus seruoꝝ. Et certe ita seruus: vt ſm pparationẽ
cordis/et si nõ semp ſm exhibitionẽ opis ipe vitaȝ
suã quanto magis statũ suũ exponere p cuiuslibet
subditi sui salute/nedũ p toto grege teneat. Hoc
ita sentire catholicũ est stabilitũ in hoc veritat? ver-
bo: Bonus pastor animã suam ponit pro ouibus
suis. Et ita corde credit ad iusticiã:ore aũt vel scri
to confessio fit ad salutem. Alioquin nõ iniustus
sit lucifer qui ita pesse voluit(ſm doctores)vt sub-
iectionis vicissitudinẽ subditis nõ referret:cum ex
opposito ipe plus alioꝝ cõmodis obseq velle de-
buerat. ¶ Ex hac iteꝝ cõsyderatione culpãda red
ditur pompa supba/pompa male sobria prelatoꝝ
quorundã in fastu mũdano querentiũ nihilominus
excusationes in peccatis: et dicentiũ q hec pompa
honorat ecclesiã. Honorat vo/immo vere onerat
et destruit factis et exemplis. Neqȝ enĩ i ornatu splẽ
dido/neqȝ in lauto cõuiuio:neqȝ enĩ in discholorũ
et comatuloꝝ clientũ numero:sed in spũ mundo et
cõsyderatione sancta honor ecclesiastic⁹ illustra-
tur. Q, si quis prelatoꝝ in pompis istis puerili et
vana exultatione delectet:si ad honores caducos
gloriabundus exhilarescat:si de se faciat idoluȝ et
statuã Nabuchodonosor gaudẽs laudari: gaudẽs
coli:et nõ potius exhorreat instar christi:qui sum-
mos inter honores fleuit:si nõ memor sit iubẽtis:
In vestitu ne glorieris vnq̃:et in die honoris tui ne
extollaris. Videat obsecro videat talis/ne tandeȝ
seipm tanta pprie et aliene adulationis ludificatio
ne decipiat:qd iuxta verbũ comici: Ex stultor hoc
est/ex vane glorioso:insan⁹ fiat. Qualiter insan⁹?
Certe lesus in iudicio rõnis sicut ledit phrenocapt⁹.
Omnis quippe passio pfundata et radicata circa
aliqd cõcupiscibile:sit illud honor/sit opulentia/sit
ambitio/sit voluptas:reddit hoiem demoniaco si
milẽ:ſm dictũ Origenis in experientia fundatuȝ.
Meminor si non tpe meo talis apparuit:et verboꝝ
copia et iuriũ sciẽtia et abstinẽtia famatus/corpo-
re vegeto et forti:quẽ vsqȝ ad hoc insanũ reddidit
ambitio ceca/contẽptrix alieni ois consilij laudi-
busqȝ suis credula: vt putauerit post illusiones plu
rimas esse verus papa cõcorditer electus. Et cum
ita desiperet nihilominus affirmabat se p multos
annos nihil tentationis a vana gloria sensisse. Cũ
pterea moneret vt sapientioꝝ crederet cõsilio:nõ
inq̃t q: factũ meũ tale tantũqȝ est vt alius a me ne
mo illud intelligat. Sed quid mirandũ est in hoie
fragili dementiã hanc surrepsisse:cũ sapientissim⁹
olim angeloꝝ lucifer:q: seipm non in luce verita-
tis/sed vmbra pprie vanitatis intuebat: esse volu
erit non solũ similis altissimo:sed extollit sup oĩe
qd dicit deus/ex insana et fantastica pconcepte do
minationis libidine. Vult quoqȝ ritibus et sacrifi-
cijs coli p similitudinem ad deũ:sicut sacrilege ar
tes magice palã tradunt. ¶ Preterea saluberri-
mũ est vt platus libenter audiat et frequẽter que hu
milia sunt et culpabilia de seipo:q: nemo est qui nõ
peccet:dicatqȝ cũ ppheta: Increpabit me iust⁹ etc.
Nimis enĩ habet multos q̃ vel adulatione vel di-
gnitatis honoratiõe sibi loquunt magnifica: ap-
ponentes fomentũ morbo supbie:quẽ vix vllũ me
dicamẽ vel tyriaca pprie rephensionis et fragilita
tis sufficit expellere: et dare locũ gratie dei saluato
ris nostri.

Consyderatio tertia.

¶Apparens gratia dei saluatoris nostri in subie- K
ctione ad legem ppriam circũcisionis documẽto
est prelatis: vt iuste viuentes non imponant one-

ra gratia statutoꝝ ꝛ legũ humeris subditoꝝ: digi
to aũt suo nolint illa mouere: quẽadmodũ impro-
perat christ⁹ pharriseis. Hec cõsyderatio redit ad
primã/innitentẽ illi sentẽtie exẽplo christi firmate
Patere legẽ quã ipse tuleris. Et esset ꝑfecto gran-
dis in hoc loco querelaꝝ materia cõtra tot ꝛ tam
leues excõmunicationũ ꝛ irregularitatũ fulminati
ones: ꝯtra tot onera statutoꝝ ꝓuincialium ꝛ syno
dalũ: ad lucrũ quale vel anime vel burse nouit de
us. Cõtra tot reseruatores casuũ in foro cõfessiõis
ꝑsertim occultoꝝ que cõfessionẽ suprad̃ dicit põt
impediũt. Loquor exptus ꝛ doctus ab exptis. Sʒ
de his alſs. Christus legislator nõne legẽ euangeli
cam dilatare potuerat? Potuerat equidẽ: sed hu-
mane fragilitati gratiose ꝯdescendens necessaria
nos docuit ad salutẽ: ea ꝓ nihilo quasi deputans
q̃ mortalẽ hanc vitã iamiã in momẽto periturã vel
regere vel sustẽtare viderent̃: sciens ꝙ nisi lex viua
euangelica ꝛ eterna dhet̃: leges scripte nõ solũ sup
uacue/sed crebro ꝑniciose reddant̃. Vult ꝙ ꝑlat⁹ ec
clesiã subditã feliciẽ dirigi. Vult arbitror bonos
ille viros/timẽtes deũ equitate ꝛ meritis cõspicu-
os regimini ꝑficiat: nõ oneribus legũ ꝛ statutoruʒ
subditos ꝑmat. Nã sup hunc cardinẽ volui debet
ecce reformatio: qm̃ si columne putres/si inualide
sunt sustentare debẽtes ecclesiã: partes reliq̃ quali
virtute subsistent: inniitẽtes parieti inclinato ꝛ ma
cerie depulse? Multiplicent̃ quantũlibet humane
traditiões. Si cupiditas carnalis ꝛ fastus non hu
militas regnet in ꝑlatis: audiamus quid sequit̃ in
cõmodi. Etenĩ ptãs cõferendi bñficia ꝛ similia aut
relinquet̃ talibus. Et q̃s dubitauerit/q̃s non vide
rit quantũ subuertent/ꝑuertent ꝛ euertẽt oĩa pro-
motionib⁹ indignoꝝ. Si ablatio fiat ab eis retinẽ
te sibi olim collationẽ summo pontifice/nunq̃d nõ
supra vires erit hoc negociũ? nunq̃d nõ cũ Moy-
se stulto labore cõsumet̃? Nõne monstruosum erit
videre caput vsurpans membroꝝ oĩa inferioꝝ of
ficia: ꝛ q̃si sit gladi⁹ delphicus ad oĩa se aptãs? Sʒ
ꝛ curia sua curia romana: q̃ ad similitudinẽ hierar
chie angelice ordinãda erat ꝛ replenda viris cha
ritate feruidis ꝛ ꝯtẽplatiõe suspensis/vt seraphin:
viris sapiẽtia diuina splendidis/vt cherubin: viris
equitate firmissimis/vt throni: nõne mutabitur in
curiã peccãtiũ? ꝛ q̃ nutriri debebãt in croceis am
plexabunt̃ stercora. Ita eni arbitratus est oĩa tpa-
lia equus arbiter apls. Fiũt quoq̃ multi ꝓcurato
res ꝛ chirotarij beneficioꝝ (Nolo de simonia q̃c q̃
dicere) Fient insup nõ tã promotores q̃ inuoluto
res causaꝝ friuolaꝝ atq̃ ꝓphanaꝝ dimissa oĩ spiri
tualitatis cura. Quid dico dimissa? Vtinaꝫ h̃ esset
licet sit nequissimũ/irridebil̃/abominabil̃/ꝑseq̃l̃/
ꝛ ad imitationẽ curie diabolice maior ille frequen
ter erit qui astutior/q̃ ꝑfidior/q̃ importunior/dete-
rior/cupidior/miserior. Auertas hoc nefas gra-
tia dei ꝛ saluatoris nostri.

Consyderatio quarta.

G ¶ Apparẽs gratia dei ꝛ saluatoris nostri iesu cri
sti vt prelatus nõ potẽtiã subditis/sed gratiã ostẽ
dat: vt ipse ꝑterea dolores ꝛ gemitus offerat deo
ꝓ eis se circũcidens/ipseq̃ viuens: ne dũ alijs pre-
dicauerit (officio eni ꝑlationis adiuncta est obli-
gatio ꝑdicationis) ipse reprob⁹ inueniat̃. Quid ni
ꝑlatus gratiosum se nõ rigorosum prebeat: cũ ipse
circũdatus sit infirmitate: egens gratia dei: nesci
ens introitũ ꝛ exitũ suũ: ignorans an turbationes
in subditis ex culpis ꝓprijs tanq̃ occultis/vel ab
alienis/vel simul ab vtrisq̃ suscitent̃: ita vt necesse
habeat obsecrare cũ ꝓpheta: Ab occult̃ meis mũ
da me dñe: ꝛ ab alienis parce seruo tuo. Naʒ sicut
ꝓ delicto populi pastor/ita pro pastoris errore po
pulus plectit̃. Hoc vidit Iob: q̃ dicit de deo/ꝙ re-
gnare facit hypocritã ꝓpter peccata ppli. Qualis
aũt ꝑniciosior pestis pro populo alia est/ q̃ hypo-
crisis in suo vel ꝑncipe vel prelato. Sed ita digne
sunt aliqui nõ nisi ꝑ reprobos regi: ꝛ alij non nisi re
probis prefici demerent̃. Quidni igitur ipse pastor
semꝑ pauidus inueniat̃: nõ se iustificãs/nec iustifi
cari cupiens: extimescens ne dederit causam scan
dali/dicens cũ Dauid: Ego sum qui peccaui. ꝛ cũ
Iona: Si ꝓpter me turbatio facta est/mittite me
in mare. Quo verbo magnũ illũ Gregoriũ nazian
zenũ vsum fuisse: ꝛ ob hoc vrbi Cõstantinopolita
ne cui prefutũs erat/cessisse/ecclesiastica meminit
historia. Recogitet ꝑlatus etiã deuotionis sibi cõ
scius: ꝑsertum dũ innumerabiles viri in oppositaʒ
ad se ꝑgunt sententiã. Recogitet q̃d dicat aposto
lus: Nihil mihi cõscius sum: sed nõ in hoc iustifi-
catus sum. Quis ad hoc verbũ nõ expauescat? Sʒ
ꝛ angelus sathane trãsfigurat se in angeluʒ lucis:
insidiat̃ in abscondito: spargit vbilibet laqueos/
quos obumbrat specie virtutũ. Ita vt horrẽdum
valde sit qđ dicit sapiens: Est via que videtur ho
mini iusta: nouissima aũt eius ad mortem ducunt.
Sic ꝑlatus nõnunq̃ dũ esse gloriat̃ plenus gratia
dei: repletus est insensibilit̃ astutia diaboli. Quaʒ
multa quotidie (exempli gratia) credit aliquis fa
cere ex magnanimitate que fiunt ex arrogantia ꝛ ꝑ
sumptione: q̃ multa ex indulgentia humilisq̃ pieta
te que oriunt̃ ex desidioso torpore/vel certe (qđ mi
randũ est) ex vana ostentatione ꝛ gloriatione sup-
bissima: ad hoc dũtaxat vt patiẽtie ꝛ misericordie
laudẽ cũ magnis viris meruisse credat̃. Sic furor
incautus ꝛ emulatio maledicta: q̃ ꝑtinax. Zelus
quoq̃ nõ ſm scientiã/dur⁹/ceruicosus/inexorabi-
lis/impterritus/nemini cedens/nullũ scandalũ re
formidans: sed dicens: si dammari volũt/qua rõne
saluare potero vel teneor inuitos? Talis inquã fu
ror mentit̃ se zelũ boni publici ꝛ cõmunis liberta-
tis. Sic implicatio friuola/ꝛ stultus labor in mini-
mis tanta se diligentia simulans: sic ꝑplexa scru-
pulositas semꝑ vacillans: nihil expediens: bone si
bi cõscientie nomẽ vsurpat/q̃ est ex radice superbie
nolentis se peritorum iudicio cõformare. Sic ambi
tus honoris palliat se: ꝙ non pro se/sed pro digni
tatis honore ꝛ alioꝝ edificatione ꝑquirit̃. Sic am
bitio retentione dignitatũ/in perniciẽ ecclesie sub-
tili malo fingit se velle multis proficere: nec eccle-
siam exponere discrimini peruersoꝝ. Et hoc pla-
ne est demoniũ meridianũ quod facit q̃ndoq̃ esse
martyrem diaboli: dum esse gloriat̃ quis in perseq̃

quentibus martyr dei. Monet insuper dicere ho
minē: quia diues sum/ ⁊ nullius egeo. Et nescit qꝛ
b paup̄ est ⁊ miserabilis ⁊ cecus ⁊ nudus. ¶ Sꝫ q̄d
innumerabilia diaboli machinamēta/ dinumerare
cōtendimus quibus mentit̄ ⁊ blandit̄ iniquitas si
bi quasi plena sit gratia dei? Dicamus potiꝰ quis
euasurus est illa? Respondeat: nō ego/ sed prophe
ta: per oraculū quale factū est Antonio. Humilia
tus sum ⁊ liberauit me: humiliatus intellectu: hu
miliatus affectu. Interrogata nimirū gratia dei/
que essent signa eius quibus apparet in homine?
Respondit: Primū ⁊ precipuū signū meū est hūi
litas: hec sedes mea/ hec requies. Deus itaqꝫ hu
milibus dat gratiā. Cognosce igit̄ humilitatē: et
tu meā habitationē ignorare nō poteris. ¶ Inter
rogata ꝓ humilitas de signis suis/ multa nūerās:
ea tandē ad duo perstrinxit: que sunt humile sape
re/ ⁊ humile velle: adiungens de hoīe quē inhabita
uerit/ ꝙ eum reddit tractabilē quasi perfusuꝫ oleo
leticie/ suasibilē/ bonis cōsentientē: minus semꝑ ꝓ
prio ꝙ̄ alieno fidentē consilio: abiectus est ⁊ vilis
in oculis suis: nō se iactans/ nō iustificans/ nō ma
gna ꝓmittēs/ nō sollicite se excusans. ¶ Ex aduer
so cognita sunt superbe elationis signa/ si se colit/
si amat/ si cōplacet in se sibi/ si sapiens est in oculis
suis: alienū vel nō requirens/ vel odiens/ vel nō im
plens cōsiliū: ꝓ sancto iam se habet ⁊ ꝓ tali qui di
gnus sit reuelationibꝰ atqꝫ miraculis regi. Et qm̄
obstupuit in malis/ neqꝫ se neqꝫ morbū suū nouit:
se humiliorē/ se sanctiorē omnibꝰ indicat: solos q̄
loquunt̄ placentia retinet sibi: alios odit/ tandēqꝫ
abijcit quocūqꝫ q̄sito colore: ⁊ si ad hoīā dissimulet
amare se veritatē. Si scandalizant̄ alij nō vrit̄/ sed
irascit̄ eius: tanꝙ̄ solus imunis sit a delicto: tanꝙ̄
scandalo causam nullā p̄buerit: immanet in opi
nionibus ꝓprijs quas deserere/ neqꝫ alioꝝ moni
tis/ neqꝫ concilio/ neqꝫ expientia maloꝝ sequentiū
ꝑsuaderi potest. Egrescit potius ⁊ excandescit ad
uersus monita salubria. Ue ve ecclesie ⁊ religioni
cuiqꝫ a peste tali. Uix em̄ satis deprehendi potest
quia regit̄ omnia pelle: sed ꝑ doctissimos scientes
ꝓbare spūs si ex deo sunt/ ex fructibus cognoscit̄:
⁊ maxime dū ad inhonorationis cuiuslibet vel par
uam estimationē quasi furit: vt philocaptus ama
te sue lesionē exhorrescit. Nihilominus cū per ta
les deprehensa fuerit/ vix est inuenire remediū: qꝛ
nec expelli facile potest/ nec retenta corrigi: nisi per
miraculosam operationē gratie dei saluatoris no
stri. ¶ Talē cursum habuerit sermo noster ꝑ pri
mū signū: quo apparuit gratia dei ⁊ saluatoris no
stri/ in eius humilitate subijciente se legi circūcisio
nis: ⁊ de ipsius imitatione debita ꝑ prelatos ⁊ cle
rum: vt patiat̄ prelatus legē quā tulerit: vtqꝫ quā
to maior est humiliet se in omnibꝰ: vtqꝫ non impo
nat onera grauia ceruicibus subditoꝝ: vtqꝫ gratio
sum se/ nō rigorosum ostendat: ⁊ ita abnegata ipi
etate ⁊ secularibus desyderijs/ ⁊ sobrie ⁊ iuste et pie
g viuamus in hoc seculo. ¶ Reliquū est vt per secū
dum signū diuine gratie: quod esse diximus beni
gnitatē seu charitatē plenius signatā in nominis
impositione/ sermonis nostri cursus cōsummatio

nem accipiat. Uocatū est nomē eius iesus/ inquit
euangelista. O nomen totiens vocatū ⁊ desydera
tum/ nomen tamdiu cū suspirijs expectatū: sꝫ ho
die primitus impositū cū vocatuꝫ est nomen eius
iesus. Dudū em̄ longe a peccatoribus salus. i. Je
sus: ⁊ prope erat vltionū dñs. Hoc dauid cogno
scens postulabat nomen nō potentie ⁊ dñationis/
sed gratie ⁊ benignitatis. Dic inq̄t aīe mee: salus
tua ego sum. Jesus tuus ego sum. Nam quid est ie
sus nisi salus? Nōne sic tibi loqui videtur Dauid
deo: satis dixisti: ego dñs/ ego omnipotēs/ ego iu
stus ⁊ terribilis. Abscondant̄ obsecro hec nomia
potestatis: ⁊ exhibeat̄ nomen gratie ⁊ benignita
tis. Et dico ego iesus. Hoc est nomē nouū quod
os dñi nominauit: quod vocatū est ab angelo pri
usꝙ̄ in vtero cōciperet̄: nomē ab apostolis p̄dica
tū/ sicut dicunt actus apostoloꝝ: ꝙ omni die non
cessabant in templo ⁊ circa domos euāgelizantes
iesum. Hinc magnꝰ ille p̄dicator qui loquebat̄ sa
pientiā inter perfectos: nihil iudicabat se scire nisi
iesum christū/ ⁊ hunc crucifixū. Jesum preterea to
tiens viuens ⁊ moriēs nominauit: ⁊ imitator eius
Ignacius. Nōne p̄terea a creaturis omnibꝰ ado
ratū: qꝛ in nomine Jēsu omne genu flectat̄/ celestiū
terrestriū ⁊ infernoꝝ: quod ꝑspicuū fecit miracu
loꝝ operatio. Nomē deniqꝫ ab omnibꝰ inuocādū:
qꝛ oībus salutifeꝝ: nā oīs q̄ inuocauerit nomē do
mini/ hic saluus erit. Et nō est aliud nomē sub celo
(affirmat Petrus) datū hoībus/ in quo oporte
at nos saluos fieri. Et iteꝝ: Non est in aliquo alio
salus. Si penites/ ⁊ times deū vltionū: appella ad
deū gratiaꝝ/ dicens: vt ꝓpter nomē suū iesus/ sit ti
bi iesus: qm̄ scribit nobis filiolis suis Joānes: qꝛ
remittunt̄ nobis peccata ꝓpter nomē eius. Nam
q̄s legit̄ in euāgelio inuocasse nomē Jesu/ ⁊ exau
ditū non fuisse? Si dānata morte peccati remanet
morbus cōcupiscentie audi: qꝛ in nomine Jesu ser
pentes maloꝝ suggestionū tollunt̄. Et si mortife
rū quid delectationis bibit̄/ nō nocebit. Si feroces
insultus inimicoꝝ omniū timueris/ attende qꝛ in
nomine iesu demonia eijciunt̄/ ⁊ fere mansuescūt:
vt gloriabat̄ Agatha: ⁊ turris fortissima p̄dicatur
a sapiente nomē dñi. Si tentatiōe vel alia afflicti
one fatigatus depimeris/ imitare aplos qui ibāt
gaudentes a ꝯspectu ꝯcilij: quoniam digni habiti
sunt ꝓ nomine Jesu cōtumeliā pati. Et aplus pa
ratū se offert: nō solū ligari/ sed ⁊ mori in hierusalē
ꝓ nomine Jesu. Apparet igit̄ gratia dei in hoc no
mine Jesu: qđ est in remediū cōtra malū culpe: in
refrigeriū contra malū cōcupiscentie: in presidiuꝫ
cōtra malū pugne: ⁊ in solatiū cōtra malūm pene.
Amplius quia necesse est nobis viatoribus inqui
rentibus celestē hierusalē viam agnoscere: animad
uertamus quia deducit nos dñs sup̄ semitas iusti
cie propter nomē suū. Porro qꝛ ignobilis est/ no
bilitari desyderas: dat dñs potestatē filios dei fie
ri his qui credunt in nomine eius. Magna plane
nobilitas: quia si filij dei/ ⁊ heredes: heredes q̄deꝫ
dei/ coheredes aūt christi: ⁊ ex cōsequenti eius fra
tres. Quod agnoscens angelus/ adorari a Joān
ne noluit. Uide ait/ ne feceris: cōseruus enim tuus

sium τ fratrū tuoꝝ habentiū testimoniū iesu. Ege-
nus es/τ multa te petere necesse est:offerꝭ tibi Je
sus ꝓ titulo petitiōis in curia dei patris:sicut ob-
seruat ecclesia instituta ab eo q̄ dixit:Quicq̄d pe-
tieritis patrē in nōīe meo/dabit vobis. Quo nōīe
qui insigniti fuerint saluabunꝭ:iuxta figurā Eze-
chielis de signo thau:quo signati saluati sūt. De
niqꝫ nemo virtutē/nemo sanitatē huiꝰ nōīs nouit
nisi qui accipit ꝑ experientiā τ gustat quid illō est.
Oleū effusum nomē tuū. Qualiter acceperat q̄ di-
cebat:Dñe nomē tuū τ memoriale tuū in desyde-
rio aīe. Et alter:Jn te glorificabunꝭ oēs q̄ diligūt
nomē tuū. Rursus alius: Ego aūt in dño gaude-
bo:τ exultabo in deo iesu meo:q̄si di. Gaudeāt alij
in anxia diuitiaꝝ τ sarcinaꝝ inutiliū accumulatio-
ne:alij i effrenatōe sordida voluptatū:alij i alijs no
xijs atqꝫ ꝑduris:ego aūt exultabo in deo iesu meo:
K qm̄ potissimū apparuit gratia dei in eo. ¶ Sed ec
cē denuo sermonē interrūpe conaꝭ studiositas im-
portuna. Et querit quō veꝝ habeꝭ φ oīs q̄ inuoca
uerit nomē dñi/saluus erit:cū alibi scriptū sit:Nō
oīs q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ.
Responsio:requiriꝭ tertiū dñe qō est opis/sicut p-
mū est cordis:scdm̄ est oris. Dic/cur apls tantus
vir petēs in nōīe iesu carnis stimulū tolli/exaudiri
nō potuit? Responsio:nō petiuit ad salutē. Associ-
āri quippe debet oratio q̄tuor comitibus vt exau-
dibilis semꝑ fiat:φ pie.i.ad salutē:φ ꝑseuerāter si
ne pctī interruptiōe:φ iuste:hoc est in gr̄a τ pro se.
¶ Et ita quisq̄s in ip̄o etiā mortis articulo petit
hic puniri in curia gratie/liberabiꝭ a pena futura:
vbi est cura iusticie:τ volabit liber in celū:sicut de
ducit dñs Antisiodoreñ. mediāte merito christi et
pena habita in p̄senti. Uerbū q̄dē qō dicit aplus:
q: nemo pōt dicere dñs iesus nisi i spūsctō:cū pes-
simi nedū illud nolare/sed in virtute eius miracu
la facere memorenꝭ:quēadmodū viderūt apostoli
quendā in nōīe Jesu demonia ejcientē:sicut et illi
reprobi q̄ dicent in iudicio dño:Nōne in nomine
tuo ꝓphetauimus:τ in nōīe tuo virtutes mltas fe
cimus τc. q̄bꝰ diceꝭ:Nescio vos? Rñsio/φ nemo
pōt dicere dñs iesus:nisi in spūsctō illustrāte intel-
lectū:sicut nec aliquā veritatē:vel ip̄o simul mouē
te affectū τ illustrante intellectū vt in bonis. Nō
aūt mali faciūt miracula/hoc est ꝑ potestatē publi
ce iusticie in attestationē veritatis. Propterea nō
sufficiunt ostendere aliquē sanctū:nisi comes fue-
rit humilitas τ sanctitas. Hec ꝟo gratia miraculo
rū ideo datur q̄nq̄ꝫ reprobis ad ipsoꝝ cōdemnatio
nē:ne iusti ꝓ magno deputent/si vel habeāt vel nō
habeant hanc gratiā. Nolite inquit christus glo-
riari φ spūs vobis subijciunꝭ τc. Nō si sigillū et si-
gnū ꝓpriū diuine potestatis quod est miraculum
adhiberi queraꝭ in testimoniū falsitatis:deus hoc
nunq̄ ꝑmittit q̄n reclamauerit vel reclamet/quē-
admodū p̄dixit:ne credamꝰ signis antichristi. Et
hoc est ad ꝓbationē electoꝝ. ¶ Properabat rur-
sus q̄rere studiositas:Cur nō mō fit baptismus vt
olim in nōīe Jesu? τ cur nō ad inuocationē eiꝰ dā
tur genera linguaꝝ τ opatiōes miraculoꝝ τ simi-
lia? Dū hec interloquēdū supirruit zelus feruidꝰ/

filiꝰ charitatis:abscede hinc(ait)o studiositas spe
culatrix:nō est tēpus disputandi/sed plorandi:naꝫ
si ꝓpterea deus appellatꝰ est iesus:si in hoc appa
ruit gratia ipsius vt saluemur:vnde tot nobis ma
la/tot incōmoda:q̄ in ip̄m credimus/ip̄m inuoca-
mus? Ecce iminuti sumus ex ira dei effusa sup nos
plus q̄ gentes q̄ nomē dñi nō nouerūt neqꝫ inuo-
cauerunt. Et vt alia p̄tereā ecce q̄ execrando schis-
mate ecclesiā sponsam suā cōcuti sinit/deijci/ ꝓte-
ri/rumpi/lacerari. Et vbi sunt mīscdīe tue antique
dñe? vbi est illa quam apls tuus scribit apparuisse
gratia? vbi est nomē sanctū tuū atqꝫ gloriosum:qō
inuocatū est sup nos? Cur derelinquis nos domi-
ne deus noster? Ubi abundantia illa pacis quam
orituram asseruit in ꝓpheta in diebꝰ tuis:τ quā an-
geli cecinerūt/dicētes:Gloria in excelsis deo:et in
terra pax hoībus bone voluntatis. ¶ Sed ve tibi L
mala volūtas/volūtas ingrata:tu istā a nobis dei
gratiā abscondis:tu diuinū illud carmē obturbās
dissonis moribus tuis:tu surripis gloriā deo par-
tē suā. Quidni pace spolieris parte tua? Tu igitur
bene viuere docēda esses:nō acute disputare:neqꝫ
fortassis tēpus docendi/sed faciendi:qm̄ mala ra
dicata q̄ in mores abierūt:nō verboꝝ fomētis/sed
factoꝝ securibus atqꝫ ferramētis extirpare necesse
est. ¶ Sed assit potius tēpꝰ miserēdi dñe iesu:tēpꝰ
miserēdi eius q: venit tēpus:succurrat gratia tua.
Appareat illa miseris:q: adiutor es in opportuni-
tatibus/in tribulatiōe. Impera ventis et cessabit
q̄ssatio:τ aura serenior τ asperior. Recorderis gra
tie tue antique dñe:recorderis infantie suscepte ꝓ
pter nos:sed τ circūcisionis tue τ noīationis salu
tifere memor esto. Benedic p̄ncipio anni benigni-
tatis tue:qō principiū tu corona mīscdīa τ misera
tionibꝰ:qm̄ illud tibi dedicamus/nō fabuloso Ja
no bifronti:sciētes qm̄ beatus est vir cuius est no
mē dñi spes eius:τ nō respexit in vanitates τ insa-
nias falsas. Tu summus es pontifex noster:des
in nouitate ortꝰ tui τ coronatiōis tue gratiaꝝ vber
tatē/τ indulgētiaꝝ plenitudinē elargire. Signare
digneꝭ gratia tua nostras expectatiōes ad p̄bēdas
celestis illius τ cathedralis ecclesie tue magne hie
rusalē ecclesie triumphantis ad quā tendimꝰ: quā
tota deuotiōe cupimus:expectantes beatā spem.
Nō cōfundas nos ab expectatiōe:q: ve patiētibꝰ
repulsam:si vel in signatione/vel in bullis/vel pro
cessu/vel possessione defecerint. Sit hodierna san
guinis tui effusio expectationū nostraꝝ valida si-
gnatio:sit eternū salutare:vt vbi iniquitas abun-
dauit/supabundet τ gratia. ¶ Talis erat in medi-
tatione mea zeli plangor querulus/cōmouēs/orās
τ obtestās:vt sublata mala volūtate de medio no
stri(illa enī̄ sola pacē cogit in exiliuꝫ:illa schisma
parit/fouet τ nutrit)nos coadiutores gratie dei si
mus/q̄ pijs conatibꝰ nō deerit. ¶ Cui studiositas
τ cur ait nō inq̄rit clerus cū p̄latis suis : qualibus
vijs occurrere cōuenit tātis τ tot incōmodis. Seu
per congregationē factam in nomine Jesu:q̄ ade-
rit in medio. Seu per sedule disputationis officiuꝫ
tendentis:nō ad cōtentionē/sed veritatis inquisi-
tionē. Seu ꝑ inuestigationē criminū regnantiū in

christianitate vt euelli cognita possent. Et est cletus exẽplo Jesu populi saluator: nõ lupus dissipator. Expedit ne me studiositatẽ in talibus occuparẽ? ¶ Cui zelus: Expedit quidẽ & iam multa a tuis sectatoribus cõscripta sunt: vt oĩa rite pparẽtur q̃ agenda fuerint in cõcilio: alioq̃n verendum est ne schismati radicatiõnẽ afferret exemplo grecorũ: et ne scissuras (qd̕ auertat dei gratia) multiplicaret ampliores: q̃lia nũc oĩa dicere reclamat vt vides breuitatis amor & subdola blandaq̃ adulatio cõtradicit. Nihilominus obsecratione facta p̱ gratiã dñi nostri iesu christi & p̱ me zelũ domus dei: vt tẽpus modicũ det veritati & eius inq̃sitioni/ ppulso omi mordacitatis desyderio: qd̕ longissimũ frequenter vanitati dat̕ & fabulationi. Dic tu studiositas radices aliquas ex iure diuino sub generalibus principiis vtiles ad sedandũ pestiferũ schisma: qm̃ illud primũ & pncipalius occurrit in ecclesia reformandũ. ¶ Tũc studiositas visa est q̃dã apire sub cõsyderatiõe q̃druplici: q̃ q̃lia sunt vestrũ erit iudiciũ.

¶ Quatuor consyderatiões de pace/ p̄dicate tarascone.

Cõsyde. pma

B Finis politie ecclesiastice & cuiuslibet legis eam regulãtis ẽ pax salutifera. Hoc satis expressit diuinus nr̃ p̄bus Paulus: q̃ finẽ legis & precepti nr̃e dilectionẽ esse dixit/ nunc iesum: intelligẽs in dilectione pacẽ in iesu salutẽ: vt sit finis pax salutaris. Neq̃ op⁹ est auxia deductione alia/ cum natura nos doceat ens quodlibet nõ minus suã vnitatẽ & pacẽ appetere q̃ entitatẽ: s̕m deductionẽ diuini Dionysii/ Augustini & Boecii: ita vt pax sit bonũ qd̕ oĩa appetunt: adeo q̃ p̱ticularis ordo nature plerũq̃ limutat̕ in rebus vt vnitas cõseruet̕. Manifestat hoc ascensus grauis sursum/ & leuis deorsũ. Si in corpore vero/ cur nõ in mystico põt vicissitudo talis queri: vt p pace retinendã fiat deorsum qd̕ sursum est vt pax p̱maneat? Cũ igit̕ s̕m exigentiã finis cetera debeant moderari: & finis est q̃ imponit necessitatẽ rebus: necessitas ṽo legẽ nõ habet: p̱spicuũ est q̃ nulla lex habeat aliquid firmitatis si paci faciende vel cõseruãde inueniat̕ cõtraria: sed debet interpretari vt seruiat paci: vel penitus aboleri: alioquin iuxta dictũ comici: summũ ius sũma est malicia: cõformiter ad iussionẽ sapientis: Noli esse iustus nimis. Sic Athenienses fecerũt ad temp⁹ leges lycurgi nõ esse/ vt semp̱ essent: & nasica scipio: Dũ consul inquit iuris ordinẽ sequit̕/ id agit vt cũ oĩbus legibus romanũ corruat imperium. Nullo pacto igit̕ seruat̕ lex/ nõ obseruato legis fine qui ẽ pax. Sicut in simili christianã doctrinã scribens Aug⁹ deducit p regula memoranda: q̃ null⁹ text⁹ sacre scripture in sua expositiõe retinet sensum spiritussancti/ nisi ille charitatẽ edificet. Et quoniã huius schismatis tam extranea videt̕ eẽ pestis/ vt tale nunq̃ visum fuerit minus habens p̱uisionis humane remediũ: docente hoc sua indies radicatione/ expedit ad eius expulsionẽ institutio nouorũ canonũ: cũ ea q̃ de nouo emergunt/ nouo egeãt auxilio: vel iam conditorũ necessaria est moderatio. Sed qualis & per quid moderatio? Sane p̱ regulã infallibilẽ & inobliquabilẽ legis diuine: cuius sectatoribus & amicis pax multa est/ si prophete credit̕: & nõ est illis scandalũ. Ex quibus elicit̕ conclusio saluberrima: q̃ nulla via p̱ficiens ad sedationẽ schismatis repudianda est/ quantũcũq̃ iura vel leges humane videant̕ opponi: vt de electiõe summi pontificis/ q̃ est sic & sic celebrãda/ & similes: dũmodo diuinũ mandatũ vel ius maneat inuiolatũ. Nõ scire ad illam spectat scientiã p̱ quã legũ cõditores iusta decernũt/ legẽ eternã imitãtes. Hec est lex euangelica: que si cõtemnat̕ ab aliquib⁹/ illi sũt inepti pacis ecclesiastice tractatores: quẽadmodũ inutiles sunt homines ita adherẽtes nudis textibus: vt epikeiam/ hoc est equitatẽ ignorent: quales Aristo. nominauit inmãsuos in opinionibus propriis. ¶ Ex his deniq̃ quis nõ videat q̃ impium est p̄sertim apud eos qui se ecclesiasticos dici volunt: si peritos in euangelica lege vel nõ consultare vel abiicere/ vel maiori sacrilegio habere probro cognoscantur/ hinc errores/ hic presumptuose assertiones/ hinc perplexitates inexplicabiles/ hic obstinate defensiones adinuentionũ humanarũ in perniciem ecclesie & pacis salutifere finis sui surgunt: vt q̃ nõ licet disputare de potẽtia pape: q̃ nõ potest sibi dici/ cur ita facis? cũ tñ sit peccabilis/ q̃ nõ potest in aliquo casu ecclesia sine eo conuocari vl̕ aggregari: q̃ hic est fidei articulus: Benedict⁹ est papa (exempli gratia) q̃ nõ potest in aliquo casu ad conciliũ papa vocari. Quia absq̃ eo nõ stat salus: cũ tamẽ salus ecclesie in solũ deũ ordinet̕ absolute & essentialiter: & in hominẽ christũ deordinata lege: sed accidentaliter ordinat̕ in papã mortalẽ alioquin dũ vacat sedes per mortem pape/ vel naturalem vel ciuilem: vtputa si sit hereticus depositus quis hominũ saluus esset? Alii papam p̄dicãt impeccabilẽ/ alii omnipotentẽ/ alii sine vlla exceptione credunt extra salutis statum quemlibet sue parti nõ obedientẽ. Quod quãta temeritate dicat̕ ipsi viderint assertores.

Consyderatio secunda.

¶ Quelibet in ecclesiastica hierarchia potestas ĩ pacẽ salutiferã ordinat̕. Hec infert̕ ex prima. A Cum igitur non sit data potestas in destructionẽ/ s̕z edificationẽ: teste apostolo: Si quis abusui potestatẽ hoc est tyrãnidi resistit/ ille nõ resistit dei ordinationi: sed obedit qui iubet malũ tollere de medio sui & patrẽ scandalizantẽ abiicere: sicut & licet cuicũq̃ erga quemcũq̃ vim illatã vi repellere cũ appositione moderate cautele. ¶ Hec consyderatio facili deductione traducit quorundã scripta sup̱ obediẽtie laudibus & inobedientie penis ad oppositũ illius quod persuadere conantur. Nam si obediendũ est hominibus/ quanto magis deo. ¶ Elucet preterea/ q̃ si salutifera pax tollatur: ex eo q̃ in Joanne (exempli gratia) potestas ecclesiastica quedã remanet/ q̃ repudiata pax rediret: abiicere potestatẽ

in hoc casu est eadē bene vti: retentio aūt verteref in abusum. Addito φ nulla potestas inuenit hic in via que nō subijciaf legi diuine ꝛ naturali: ꝛ q̄ non sit peccabilis ꝛ auferibilis vel abdicabilis aut pro tēpore ab executione suspensibilis. ¶ Fundatur in hac cōsyderatione dictū illud memorabile ꝛ vere dignū a summo pontifice quod his aurib⁹ plures accepi ab ore domini nostri: hoc sine adulationis spū refero: paratus sum inquit etiam vsq̄ ad mortē vel imolationē ꝓprij corporis/si ita res exigat ecclesiasticā vnionē ꝓcurare: quanto amplius vsq̄ ad ꝓprij status abdicationē. Nam quādo daret vitā qui nō desereret vestē aut vittā/ coronā seu mitrā? ¶ Vellent aliq̄ rursus obijcere contra epistolā anglicanā φ via cessionis in effectu reddi possit practicabilis casu ꝓposito: inuitis etiam cōtendentibus de papatu: quāq̄ si habeat hic allegationē ronabilē coactio ipsi viderint: velint ita q̄/nemo cogit. At vero quicq̄d de hoc sit cōstat viaꝫ cessionis esse possibilē: imo in casu necessariam: ad cuius laudē spectat q̄d scribit Dionysius (non ille ariopagita) ad donatū/recitatiue in ecclesiastica historia. Dionysius donato fratri salutē. Si inuitus vt ais in hoc venisti/ offendis in eo si dimiseris volens: oportuerat quidē etiā pati oīa pro eo ne scinderef ecclesia dei: ꝛ eratꝫ nō inferior gloria sustinere martyriū ꝓ eo ne scinderef ecclesia q̄ est illa/ne idolis imolef: imo ſm meā sententiā mai⁹ hoc puto martyriū esse q̄ illud: qꝛ ibi vnusquisq̄ pro sua tm̄ aīa: in hoc vero ꝓ omni ecclesia martyriū sustinet. Hec ille. Deniq̄ plura sequerenf de quib⁹ nō est dicendum per singula

Consyderatio tertia.

¶ Quilibet rōnis capax obligaf ſm vocationem suā/pacē ecclesie salutiferā ꝓcurare. Ille orando/ hic disputando/hic p̄dicando/hic exhortādo/hic agendo: vel quolibet modo alio. Sumerenf argumenta ꝓ hac cōsyderatione ex radice filiatiōis ad ecclesiā: ꝛ ex radice dilectiōis ꝛ iusticie ad primū: ex radice pietatis seu religionis ad deū. Nulla siquidem in p̄senti schismate potest serpere deterior labes q̄ inertia querendi pacem: siue illa ꝓueniat ex ambitione/vel adulatione/vel timore/aut alia occupatione nō admittēte curā hāc salubriorem/pectora nostra duas nō admittentia curas/ait satyricus. Audiamus a sapiente q̄d pigricies stulta operaf in agro vel vinea ecclesie? Per agrū inquit viri pigri transiui ꝛ ꝑ vineā viri stulti: ꝛ ecce totum repleuerāt vrtice: ꝛ operuerāt faciē eius spine: ꝛ maceria lapidū destructa erat. ¶ Q̄ꝫ si pestiferum est ꝛ maledictioni primū negligere opus hoc diuinū q̄ criminosum est/q̄ nephariū laborantibus non applandere/sed irasci? ¶ Propterea stat aliqueꝫ adherentē iuste parti plus esse de schismate culpabilē/q̄ alterꝫ qui adheret parti false: vt si prim⁹ aliqua passione vitiosa tractus obsistat quo minus fiat paxꝫ: ne audire paratus sit ecclesiā. Alius querit cū omni sollicitudine vias pacis/promptū habens animū obediendi ecclesie iudicio seu veritati q̄ū sibi clarescet. Ea nāq̄ q̄ dissensionē afferunt in p̄senti schismate sunt talia que in facto maxime cōsistunt: in quibus errare sine periculo salutis potest nō solū iste vel ille: sed etiā in talibus ecclesia fallere dicif ꝛ falli: sicut dū multo tēpore feminam ꝓ papa coluit. ¶ Porro manifestari potest ex radice hac quales excusanf a vitio schismatis. Et φ stat scire φ schisma est in ecclesia: ꝛ tamen nescire quis in ea sit schismaticus. Ex hoc cōsequēter aperif quales sunt anathematizādi ꝛ vitandi ꝛ quales nō. Nā velle omnes indifferēter partis false extra ecclesiā ꝛ salutē trudere: q̄le sit iā tetigim⁹. ¶ His ex rebus ꝑspicuū fit deinceps quanta laude/q̄bus precomiorꝫ titulis/cōmendanda reddif partis nr̄e diligentia: p̄sertim in inclytissimo francie regno: ꝛ quantū a schismatis obstinatione ꝓcul extitat: vbi quesita est hactenus paxꝫ salutifera tanto labore, tot expensis/tot legationibus/assiduisq̄ cōsilijs. ¶ Nec est φ aliquis opponat quasdā vl̄ zizanias vel paleas malarꝫ actionū in q̄busdam ortas inter hanc virtuose oꝑationis segetē: vel φ nō satis efficaciter diligētia respondit ad votū. Ascribaf hoc humane fragilitati. Raro em̄ nascif granū virtutis sine palea aliqua defectuositatis. Nihilomin⁹ habet ꝓfecto plus vere laudis zelus ille diligēs q̄ aliorꝫ negligens torpor: qm̄ schisma si dimittitur absq̄ agitatione/ꝓferet radices malas altius ꝛ inuulsibiles: ꝛ ꝓductas roborabit. Nā mala ꝑ longas cōualuere moras. Doceat nos schisma grecorū q̄d iam nō curaf/nemo nō desperat. ¶ Quo in loco grandis offerf ad loquendū materia suꝑ laudibus parrhysieñ. vniuersitatis p̄clarissime studiorū suꝑ zelo feruido ipsius: q̄ nō cessauit hacten⁹ eniti pedibus vt dicif ꝛ manibus: aliter q̄ desides aliqui ꝛ inutiles qui facere nihil volunt vl̄ nesciūt/ obstrepunt tm̄ facientibus solis cōtumelijs fortes ꝛ armati. Sed silentiū imperat: tū benignitas/ tuꝫ modestia: ne in eius laude videamur ꝓpriā querere. ¶ Ecce aūt quis est qui nō dicat/ q̄ nō clamet: pax/pax: fiat pax/pacē volo/pacē suꝑ oīa concupisco. At vero nōne irridef deus: qm̄ simile est pacē nō velle: ꝛ illā vel inutiliter ꝛ desidiose velle/vel impossibiliter velle: hoc est medijs ad eā impossibilib⁹ cōtendere: vt si queraf vnio aliqualiter qualiter haberi nō valet: neq̄ via debellationis: neq̄ via rationis seu reductionis: neq̄ via anathematizatiōis seu separationis/neq̄ via cōdescensiōis/aut similiter. Cum itaq̄ pastor teneaf nō minus reuocare oues quas iudicat errantes/q̄ seruare non errantes: nōne debet vt fiat vnū ouile modū possibilem ꝛ verisimilē hoc agendi vel ꝓsequi: etiā cū dimissione gregis ꝓprij ꝛ obedientis: si ꝑ hoc seruatur et vnif grex vterq̄. Nec est hoc deserere gregem more mercēnarij ꝛ fugere/sed saluare: ꝛ vt vere sic dicamus fugiendo manere. Sed hec cessio dicit aliquis fieret perniciosum posteris exemplum? fatemur id posse cōtingere: nā quibus rebus nō cōtingit abuti: attamē ꝓ incerto malorꝫ euentu: nō esset tam certū ꝛ optandū p̄sentis pacis bonū repudiandum vel negandum.

Consyderatio quarta.

P ¶ Tantũ est pacis salutifere bonũ vt pro eius ad eptione neq̃ mũdanus honor/neq̃ stat⁹/ neq̃ gradus/neq̃ ꝓpria vtilitas debeant aliquẽ deterrere ⁊ nihil prorsus nisi peccatũ cõtra legẽ dei eternã. Hec cõsyderatio posita est cõtra illos qui dicunt: Obseruet honor partis nostre: habeamus victoriã: cõfusionẽ euitemus. Ecce qualia sustinuit opprobria summus pontifex christus vt faceret vtraq̃ vnũ: recõcilians in suo sanguine ea q̄ in celo sũt ⁊ in terra: factus opprobriũ hominũ ⁊ abiectio plebis/⁊ nõ dicens: seruet honor meus. Sufficiebat ei testimoniũ boni cõscientie ad deũ. Igit̃ vt pax habeat̃/nulla plane via repudiãda est q̄ põt absq̃ pctõ deduci: ⁊ quanto breuius/tanto salubri⁹: q̃nto insup patẽtius/tãto acceptius apõ oẽs: qm̃ res tangit oẽs/⁊ veritas lucẽ amat. ¶ Quocirca vie ꝑ dominũ nostrũ oblate (proferã hoc sine adulationis oleo quo nõ indiget: ⁊ salua pace omniũ) quia nunq̃ mihi vise sunt iuri diuino palam contraire nunq̃ vise sunt similiter penitus reprobande: nisi forte struat̃ calumnia ex iuramẽto suo: ⁊ ex totius obedientie sue cõsensu/iudicio ⁊ requestis aliorꝫ tendentibus. ¶ Propterea rursus non improbabile videt̃ attentis circũstantijs offerentibus se in p̄senti schismate: si pars iusta possit a iuris sui ꝓsecutione desistere: vt ad iniustã ius suũ trãsferret et fieret iusta: seu ꝑ nouã electionẽ intrusi: seu ꝑ aliã viam in iure scripto nõ habitã: dũmodo ius diuinũ vtrobiq̃ inuiolatum maneret: ⁊ hec via ꝓpter timorẽ inhonorationis mũdane nõ esset penit⁹ abhorrenda. Nã quicquid a maliuolis interpretib⁹ diceret̃/desuper resideret inspector cordium deus: ⁊ iudex veritas ⁊ charitas abũde remunerãs. Nõne laudata/nõne victrix effecta est mater illa vera infantis apud Salomonẽ: que filium maluit integrum abijcere: illoq̃ carere q̄ diuisus in suam cederet portionem? Deniq̃ in laude Q. Fabij maximi preclarissimã dixit Ennius: q̄ non ponebat rumores ante salutem. Nõne sanctius est vltro dare gratie/dare charitati fraterne: ⁊ paci honorẽ suũ caducum: imo vitam ꝓpriã cũ merito q̄ sine laude ⁊ pace mox naturalis necessitas vtrumq̃ diripiat? Cõcedat̃ ergo libenter gratie id quod velit/nolit obtinens: protinus relinquetur nature. ¶ Amplius non videt̃ improbabile quin expediat in casu ecclesiã ad tẽpus summo pastore carere: vt interim per tractum vel aliter adeptio pacis celerior haberetur. Q, si canones oppositũ sanxerunt/ lex diuina nõ dissonat. Nam ex dicto potest absq̃ papa mortali stare salus. Q, si timet̃ infamatio partis illius vel illius/iam responsum posuim⁹. ¶ Cõsequenter deducimus q̄ ꝓpter timorẽ succumbendi aut inhonorationis humane: que vtiq̃ viciosa non sunt: conciliũ generale vniuersalis ecclesie nõ videtur repudiandũ: sed pium est credere q̄ in tractatione p̄sentis materie nõ erraret. Audiamus rationẽ: constat itaq̃ q̄ in materijs fidei terminãdis error non cadit in generali concilio. Rationẽ dãt doctores ex speciali assistentia spiritussancti ⁊ christi regentis ecclesiã: nec permittentis errare in his ad q̄ humana inuestigatio peruenire non põt. Secus in his que vel facti sunt: vel humana rõnẽ terminari possunt. Nunc aũt schisma p̄sens quãq̃ in his que facti sunt plurimũ hereat: eius nihilominus terminatio tã perplexa cernitur/tamq̃ difficilis: vt supra hominũ vires/ingenia inuentiones ⁊ consilia videat̃. Ubi vero deest humanũ/potest ⁊ debet absq̃ temeritate diuinũ auxiliũ etiã miraculosum expectari. Ita eñ de sortibus mittẽdis in casu determinat Aug⁹. dũ sementibus tyrãnis inquirit̃ quis de multi⁹ prelatis pro gregis salute remanebit/qui recedent? Nõne igitur absq̃ periculo causa illa cõmitti deo ⁊ vniuersali ꝯcilio posset absq̃ formidine q̄ maior pars vinceret/si esset iniustior: ⁊ maxime in periculo ecclesie quod addo: quoniã in casu cõmunis error faceret ius: p̄sertim error facti vel ex facto ortũ habens. Auxilium tale miraculosum nõne in bello corporali Iudas machabeus/nõne moyses/nõne fideliũ alij taliter expectauerunt/quando ꝑsequebat̃ vnus mille: ⁊ duo fugabant decem milia? quanto securiori fide pro h̄ schismate finiendo potest in opitulationis diuine assistentia speciali per tractatũ vniuersalis cõcilij spes haberi. Et quis obsecro tante p̄sumptionis inueniri poterit: vt determinatis per tot viros celeberrimos/propriã opinionẽ vel p̄ferret/vel eorum dictamẽ nõ imitaret̃? Pium quoq̃ sentire est vt non nisi viam mediã/viam pacificã/ ⁊ vtrobiq̃ honorabilẽ sententiaret cõciliũ. Nec tamẽ ignoro multas circa hec ⁊ alia suboriri difficultatũ nebulas. Sed eas omnes lux diuine legis suis radijs faciliter eijceret: si non vltra ceruicosa cõtradicendi libido obstiterit. Si oculos rationis neq̃ segnicies inquirendi clauserit: neq̃ ruditas obtuderit: neq̃ eos lippitudo carnalitatis/neq̃ curarum puluis/neq̃ fumus presumptiõis suffoderit/neq̃ postremo malicia cecauerit: quo min⁹ apparere possit gratia dei saluatoris nostri. ¶ Ita studiositas per zelũ stimulata pergebat in longius. Cui⁹ ego sermonem interrumpens ⁊ finiens exclamaui: Appareat o vtinam bone iesu pax nostra/sal⁹ nostra: appareat tandem aliquando gratia tua: vt post illustrationẽ synceram ⁊ agenda videamus: ⁊ ad ea que viderimus implenda conualescam⁹. Res q̄ppe in obscuro nimis demersa est: nam ⁊ nobis caligines/puluaresq̃ difficultatum ambulando sponte suscitamus. Deest insuper apud multos gratia humani concilij: que simul apparere ⁊ cooperare debuerat gratie dei. Obfuscat eam preterea vel abscondit amor proprius querens que sua sunt: ⁊ incircumciso corde ambulans post desyderia carnalia atq̃ secularia: neq̃ sobrie/neq̃ iuste/neq̃ pie viuens in hoc seculo: quasi nõ expectaret beatam illam spem que sola desyderanda est: sola velut encenium diuine gratie iugiter postulanda. Prouideat meliora vicinioraq̃ saluti gratia eadẽ dei ⁊ saluatoris nostri: hic nos iustificãs/glorificans in futuro. Amen.

¶ Sermonis de circũcisione corã
papa apud Tarasconã finis.
Anno. M.cccciij.

Epistola eiusdē ad dn̄m aureliaū. de sermone pcedēte.

amicis indē dici vulgaris vsus habet: quēadmo-
dū etiā carbo ignitus τ aer illuminat⁹ vnū appel-
lant᷑ cū suo igne τ lumine. Hoc tropo pbat Boe
tius holem bonū esse deū: iuxta illud ps̄. Ego dixi
dij estis: nō quidē p veritatē τ vnitatē diuine essen
tie τ locutionē propriā: sed participatiue τ assimu-
latiue/imitatiue τ nuncupatiue: ꝙ si autor iste pari
mō responderet se dicta sua intellexisse de vnifica-
tione spūs cū deo nō contēdo neqȝ ɔtradico ɔtra
intentionē/sed explicationē aliter sonare nō dubi
to: qm̄ preterea nihil magnū diceret de contēplan
tibus vltra oēs generaliter q sunt filij dei per gra
tiā adoptionis. ¶ Miraberis forte pater in chri
sto dilectissime miraberis hec audiens: quo pacto
in talē errorē vel inscitiā vir tā deuotus τ instru-
ctus corruerit. Noli solū mirari sed time/τ humili
ter sapere iugiter stude: qm̄ audis nō istum tantū-
modo/sed alios innumeros q nō parue videbant᷑
sanctitatis circa veritatē deuiasse: quorū aliquos
ipse autor iuste rephendit in fine scd̄e partis q blā
diebant᷑ tamē sibi de sublimitate ɔtēplationis le-
gis: quēadmodū pbat eos a demonio meridiano
fuisse seductos. Erat aūt de secta begardoꝝ/ q olī
p ecclesiastica decreta dānata est. Erat sicut esti-
mo autor iste primus eo tempori/potuitqȝ fieri vt
ɔtra suā imaginationē de beatifica visione vel con
tēplatiua q forte tūc cōis sibi erat cū multis decre
talis expressa cōdita sit/ constituēs beatitudinē in
duob⁹ actibus. Preterea nō est necesse vt iudicet᷑
fuisse ptinax hereticus ante hmōi determinationē
si tunc τ postea semp paratus erat audire ecclesiā:
nunc ꝟo secus esset in alijs. ¶ Postremo atten
damus pcor quo pacto sibi cauere habēt oēs in sa
cris literis nō satis imbuti neqȝ eruditi p diuturnū
ac vehemēs studiū/vel ne talibus tractatulis inso
litis nimis adhereāt: ꝙꝙ multa vera sint. Nō eñ
persuadet demon falsa sine pmixtione veroꝝ. Ne
subinde psumant ipsi theologicas arduasqȝ mate
rias nouis verbis: τ p sua estimatiōe affectioneqȝ
repertis ptractare: nobis eñ ad certā regulā loqui

fas est inquit Aug⁹: alioquin secus agentes facilē
ad precipiciū sibi viam sternūt. Ad taliū itaqȝ que
stioni determinationē aut ad eas plane intelligen
das vel explicādas nō sufficit ꝙ homo sit deuot⁹
τ sit adeptus illā contēplationis speciem sanctissi
mā prorsus τ optimā/que versat᷑ in affectione τ fer
uore charitatis: qm̄. s. homo trāsit in affectū cordis
ad virtutes. Hanc eñ speciē contēplationis adi-
pisci τ ɔdescendere fas habēt etiā ipse muliercule
τ idiote sine literis pposita fide simplici: τ plerūqȝ
facilius ꝙ viri magno ingenio τ literis sacris pre
diti: q in altera ɔtēplationis specie longe pcellunt.
Hec autē species altera contēplationis versari po
nitur in pscrutatione diuinaꝝ virtutū p quas fides
saluberrima/sicut ait Aug⁹ gignit᷑/nutrit᷑/defendi
tur/roborat᷑. Mȝ eñ secari possint abinuicē he cō
tēplationis spēs τ experientia doctrix est τ Hugo si
gnificat/dicēs: Sepe amor intrat vbi cognitio fo-
ris stat. Nullus tñ pprio vocabulo dici debet cō-
tēplatiuus vel sapiēs τ pfectus theologicus q pri
ma contēplationis specie caruerit. Uult ḡ aliquis
esse τ dici vere sapiēs habeat vtrāqȝ ɔtēplationis
speciē: illā videlȝ affectus q saporē dat: τ illā intel
lectus q sciētie luminositatē pstat vt ɔstituat᷑ sapi
entia. i. sapida sciētia. Mȝ si altera carendū esse/eli
gibilius iudicaret᷑ cōcare in pma ꝙ in scd̄a: sicut
optabilius est habere piū affectū/humilē τ deuotū
ad deū/ꝙ intellectū frigidū solo studio illumina-
tū. Sciētia quippe inflat intellige si sola est: chari
tas edificat. Nihilominꝰ vbi de veritate fidei que-
rit᷑ tradita in sacris scripturis/magis interrogādi
ɔsulendiqȝ sunt theologi vigentes in ɔtēplatione
scd̄a ꝙ idiote pollētes in pma secluso in eis patēti
reuelationis miraculo: et nisi forte manifesta esset
in hmōi theologis deprauatio intellect⁹ τ intole-
rabilis moꝝ puersitas q etiā mētiri qnqȝ facit nō
tantūmodo circa fidē/sed circa morum pncipia: vt
apl̄s τ Aristo. cū experientia testant᷑. Addo adhuc
ꝙ sicut ex carētia pij affectus τ magis ex infectiōe
eius per vitia errant nōnunꝙ peritissimi in sacris
scripturis: excecauit eñ eos malicia eoꝝ τ dati sūt
in reprobū sensum: ita ex paruulo lumine intelle-
ctus τ parua logica prolabunt᷑ quādoqȝ in errores
periculosissimos illi qui magnoꝝ sunt erga virtu-
tes affectuum: quales apostolus notauit habere
zelum/sed nō sm̄ scientiā: adeo vt si nō humiliter
sapiāt: τ nisi sese ɔtrahant intra metas sue cogni-
tionis nulli ptinacius inueniunt᷑ neqȝ absurdius
errores confingere. Propterea nō leuiter scribe-
re debent vel docere: sed nec absqȝ cautela magna
adherendū est eis: nō premia discussione diligenti
τ doctoꝝ examinatione. In talibus quippe pluri-
ma sepe reperimus aut falsa/aut male explicata: ac
proinde multam erroris materiā prebentia simpli
cibus: ꝙꝙ in multis diuia altissimaqȝ sint. Inter
tales scripturas narrātur alique narrationes aut
regule vel doctrine particulares aliquoꝝ patrum
veterū: que magis admirande ꝙ imitande dicunt᷑.
Quemadmodū ioānes qui climachus dicit᷑ ponit
virtutes esse impassibilitates τ quedā valde auste
ra sup penitētia τ petis. Et Cassian⁹ de libero arbi

trio notatus: et alij alio parum examinata aut nimis rigida tradunt: que cois schola theologice veritatis merito nõ admittit aut reijcit. Quãobrem bonũ est mel cũ fauo/sapor .s. deuotionis cũ lumine eruditionis: aut si alterũ dũtaxat obtigerit/vtatur quilibet dono suo/ambulet in vocatione sua/abũdet in sensu suo/et comedat mel quãtũ satis est: nõ plus sapiens quam oportet. Rectũ quidẽ verbũ enunciat Horatius qd ab ipso postea Hieronymo nõ longe a materia traductũ est. Quod medicorũ est promittunt medici/tractant fabrilia fabri. Conformiter satis ad illam logicorum maximã: Unicuique in sua arte perito credẽdũ est. Bene vale pater et frater in christo apud quẽ tuarũ me orationũ participem fac. Amen.

Libellus fratris Joannis de schoenhauia qui nititur defendere quedã dicta fratris Jõãnis ruysbroech contra magistrũ Joãnem de Gerson cancel. parrhysiẽ.

Quoniã quidã doctor eximius par rhysiẽ. artis theologice quedã dicta fratris Joãnis de ruysbroech libro qui intitulatur de ornatu spiritualiũ nuptiarũ minus iuste vt opinor calũniatur et reprobat asserẽs doctrinã eiusdẽ viri in quibusdã passibus: et specialiter in tertia parte prefati libri esse erroneã a regula theologice veritatis ac traditione sctõrum patrũ et doctorum discrepantẽ: et ob hoc nõ esse recipiendã sed abijciendã. Idcirco vt veritas huius doctrine quã a spũsctõ arbitror effluxisse et emanasse/qui magister est veritatis et nõ erroris: planius elucescat inquantũ tenuitas mei ingenioli et exiguitas mee sciẽtie suppetãt: tria pro ordinẽ facere dei gratia aspirãte attẽtabo. Primo intentionẽ verborum suorum quantũ ad ea que ibi arguuntur et reprehẽduntur: et tanquam erronea iudicantur explicabo. Scdo qualiter hec doctrina nõ sit noua adinuẽtio et superstitiosa/sed olno sentẽtijs nolatissimis doctorum catholice fidei consona: et ipsorum autoritate cõmendata et approbata: prout dñs dederit explanabo. Et tertio qualiter rõnes obiecte minus efficaces sunt: nec predictã doctrinã euacuant declarabo.

Quantũ ad primũ est sciẽdũ quod frater Joãnes de ruysbroech autor predicti libri de ornatu spũalium nuptiarũ in tertia parte eiusdẽ libri non loquitur de illa vnione que est p idẽtitatẽ realis existẽtie: de qua dicit christus. Joan. x. Ego et pater vnũ sumus: imo in omnibus alijs libris suis prestat ipse: quod creatura nõ põt fieri creator. Nec loquitur etiã de illa vniõe que est solũ per cõsensum et cõformitatẽ voluntatis: que est olbus spũalem gratiã habentibus: quẽadmodũ legitur Act. iiij. quod multitudinis credentiũ erat anima vna et cor vnũ in dño. Sed loquitur de illa vnione que est per amorẽ liquefactiuũ et excessum contẽplationis extatice: que pre nimia suauitate et magnitudine interni dulcoris et vehemẽtia amoris animã liquefacit et resoluit/et totã virtutẽ rationis absorbet: de qua dicit Paulus. j. ad Corinth. vj. Qui adheret deo/vnus spũs est. Ex perceptione em̃ diuine presentie et degustatione interne dulcedinis anima deuota in seipsa quietatur: et sibi ac olbus rebus creatis per desyderiũ inflammatũ/et in deum totaliter expansum funditus moritur: vt vere possit dicere cũ apostolo: Uiuo ego iam non ego: viuit autẽ in me christus. i. ego totus transformatus in deum p amorem non sum in me/sed in christo: et ideo p amorẽ totus deificatus loquor vt christus. Quod etiã idẽ apls dicit Corinthys: An experimẽtũ queritis eius qui in me loquitur christus? Quod autẽ liquescit et resoluitur in seipso nõ existit/sed recurrit et trãsformatur in illã imaginẽ que sibi presentialiter exhibetur. Ex quo patet quod imago anime rõnalis per efficaciã diuini luminis in suam imaginem increatã deifice potenter trãsformari: prout docet apls. ij. ad Cor. iij. Nos autẽ reuelata facie gloriã dñi contẽplantes in eandẽ imaginẽ transformamur a claritate in claritatẽ tanquam a domini spiritu: qr a claritate imaginis create p quandã similitudinẽ transformabimur in claritatẽ imaginis increate. Et in hac transformatione imago rõnalis constituitur in tanta conformitate diuine assimilationis que est inexplicabilis omni lingue: Qd subtiliter videtur innuere aplus cũ dicit. j. Cor. ij. Oculus non vidit/nec auris audiuit/nec in cor hois ascendit bonũ. s. inenarrabile qd preparauit deus diligẽtibus se. Hoc em̃ bonũ inenarrabile qd preparauit deus diligẽtibus se põt dici perfecta conformitas et indicibilis charitas diuine assimilationis que omni lingue indicibilis est: et incõprehẽsibilis est omni menti: nec vnquam perfecte cognoscitur nisi in speculo eternitatis/qd est verbũ diuinũ et essentia diuina: et quod de ista vniõe et trãsformatiõe credendũ est magis noticiã affectualẽ et experimẽtalẽ habẽtibus quam solũ intellectualẽ: qr nemo hec scit nisi qui accipit p experientiã vel reuelationẽ. Et de ista indicibili claritate diuine assimilationis locutus est frater ioãnes de ruysbroech in tertia parte libri de ornatu spũalium nuptiarũ: et de hac vniõe extatica intelligẽda sunt eius verba et recipiẽda: de qua vnione loquitur beatus Diony. li. de diuinis nolbus. ca. de amore. Et amor diuinus extasim faciẽs: et nõ sinẽs suipsos esse amatores sed amãdorum. Propter qd paulus magnus in cõtinẽtia diuini amoris diuino amore participãs. Uiuo ego iã nõ ego: viuit vero in me christus tanquam sui amati viuẽs vita: sicut valde diligibiliter. Hec dionys. Uñ patet quod amor extaticus duo supponit/scz esse nature nre et esse grẽ: qui introducit in tãto gradu vt aia potius christũ sentiat quam seipsam. Grã em̃ tanquam deifica hz mentẽ deo assimilare: et ipsam deiformi dispositiõe inducere. Ad hos deiformes habitus tã excelsos/tã a nostra infirmitate lõginquos et visui nro tã abscõditos exponẽdos olno minores sumus qr ista sunt mysteria regni dei: que vt existimo nõ cõiter olbus spũalibus sed puritate intelligẽtie et diuinis illuminationibus et grã priuilegiatis cõicanda sunt. Interius audiunt ibique dicuntur: ideo his que foris sũt dici nõ debuerũt. Ne tñ hi qui foris sunt derelinquerentur si ab his qui intus sunt nõ vocarentur aliqualiter erãt innotescẽda vt discerẽt infirmi quantũ eis desit: et ad quã perfectionem aspirare deberent. Hec em̃ arcana

ꝛ ꝓfunda si nõ gustantur/non amant̃:si nõ amant̃ nõ intelligunt̃: ꝛ ꝗ ↄdiudicãda nõ sunt ab his q̃ nõ gustauerũt: vnusquisq̧ eñ bene iudicat q̃ nouit:et hoꝝ est bon⁹ iudex: vt ait phs. Et hoc de ꝑmo.

SEcũdo videndũ est qualiter doctrina ꝑfati viri a sententijs sctõꝝ patrũ non discrepat/sed per oĩa ipsis cõsonat ꝛ cõcordat. De hac eñ vnitate dicit beatus Bern. in epl̃a ad fratres de monte dei: Unitas spũs cũ deo hoĩs cor sursum habentis ꝑficientis in deũ volũtatis est ꝑfectio: cũ iam non solũmodo vult qd̃ de⁹ vult: sed sic est nõ tm̃ affectus sed etiã in affectu ꝑfectus vt nõ possit velle nisi qd̃ deus vult: velle autẽ qd̃ vult deus hoc iã simile deo esse est/ nõ posse velle nisi quod vult de⁹: hoc est iã esse qd̃ deus est: cui iam velle ꝛ esse idipsum est: vnde bene dicit̃: q̃ tunc videbim⁹ eũ sicuti est cũ sic similes ei erimus hoc erimus qd̃ ille est. Quib⁹ eñ potestas data est filios dei fieri/data est potestas nõ quidem vt sint deus: sed sint tñ quod deus est. Postmodũ loquit̃ de triplici similitudine hoĩs cũ deo: ꝛ deinde subiungit. Dicit̃ autẽ hec similitudo dei vnitas spũs non tm̃ q̃ afficit spm̃ hoĩs spũssanctus: sed q̃ ipsa est spũssanctus deus charitas: qui cũ sit amor patris ꝛ filij ꝛ vnitas ꝛ suauitas ꝛ bonũ ꝛ osculũ ꝛ amplexus: ꝛ quicq̃d cõe potest esse amboꝝ in summa illa vnitate veritatis/ꝛ veritate vnitatis: hoc idẽ hoĩ suo modo fit ad deũ quod ↄsubstãtiali vnitate filio est ad patrẽ vel patri ad filiũ: cũ in amplexu patris ꝛ filij mediã quodãmõ se inuenit hoĩs beata cõscientia/cũ modo ineffabili cogitabiliq̧ fieri meretur homo dei/nõ deus: sed tñ quod deus est. Ecce quõ ista sentẽtia bene oĩno cõcordat doctrine fratris ioãnis de ruysbroech ꝛ mutuo sibi ↄsonãt. Hoc idẽ patet ex epistola inferius annotata: quã quidã vir deuotissim⁹ ꝛ doctissimus cõposuit in qua sub breuib⁹ verbis descriptus est totus ꝓcessus libri fratris ioannis ruysbroech de ornatu spiritualiũ nuptiarũ. Cũ his concordat Gilbert⁹ sup cantica sermõe. ij. vbi distinguit de triplici lectulo. Primus est ꝓprius sponse. Secũdus est cõmunis sponse ꝛ sponsi. Tertius ꝓprius est spõsi. Sponse lectul⁹ est cũ quietis ꝛ pacatis ꝛ cõpositis motibus intra se collecta requiescit. Cõis est cũ iaꝫ incipit oblectari in sponso. Sed ꝓprius sponsi est qñ sui oblita penit⁹ ꝛ ex se extra tota transijt in ipsum: ꝛ quasi induit̃ ipso dilecta ipsius. In lectulo suo non effluit sponsa extra se nec turbat̃ in se. In lectulo cõi affluũt illi delitie quedã de ꝑsentia spõsi. In illo lectulo qui solus est sponsi amoris exagitata incendiũ ebullit et excrescit: effusa ꝛ effluẽs tota trãsfundit̃ in ipsum/ ꝛ in similẽ absorbet̃ qualitatẽ. In primo penes se est. In secũdo penes illã sponsus. In tertio penitus est ipsa penes ipsum: ꝛ si dici pot̃ non est nisi ipse. In ꝑmo querit. In secũdo adheret. In tertio vnit̃ illi. In ꝑmo trãquillitatẽ ꝓpriam possidet. In secũdo quandã meret̃ cõmunitatẽ cũ dilecto. In tertio absumit̃ ꝛ absorbetur in quandã charitatis ꝛ gratie vnitatẽ. Hec Gilbert⁹ vbi supra. Cũ predictis ↄcordit Diony. magnus: sicut patet in autoritate supius allegata ꝛ pluribus locis libroꝝ suoꝝ. Et Hugo de sctõ victore cõmentator ꝑfati Diony. sup septimũ angelice hierarchie/dicẽs: Sic intelligas quãta est vis veri amoris ꝛ dilectionis si tñ intelligi põt: quoniã dilectio supeminet scientie ꝛ maior est intelligẽtia: plus eñ diligit̃ ꝙ intelligit̃. Intrat dilectio ꝛ appropinquat vbi scientia foris stat. Et reddit rationẽ istius: q̃ verus amor siue charitas nullũ patit̃ mediũ inter se ꝛ obiectũ quod est deus: sed vehemẽter tendit in ipsum immediate: ꝛ ideo nunq̃ quiescit donec oĩa transeat ꝛ ad ipm̃ dilectũ ꝛ in ipm̃ veniat. Unde subdit ibidẽ: Dilectio siue amor impetũ sequens ardẽtis desyderij sui nec dissimulare valẽs/donec ad amatũ peruenerit: amato appropinquat q̃tum potest: ꝛ eo amplius sinẽs intrare ipsum cupit ꝛ esse cũ ipso: et esse tã prope vt si fieri posset hoc idem ipsum sit qd̃ ipse. Nihil eñ velocius/nihil acutius/nihil subtilius amore aut penetrabilius: q̃ natura sua nõ quiescit donec naturaliter amabilis totã penetrauerit virtutẽ ꝛ ꝓfunditatẽ ꝛ totalitatẽ quantũ potest. Huic etiã sententie alludit ꝑ oĩa vercellensis sup cantica dicẽs: ꝙ affectus ꝛ intellectus simul coambulãt vsq̧ ad nouissimũ defectum intellectus vbi habet sue cognitionis ꝛ sui luminis ↄsummationẽ. Affectus autẽ adhuc ↄtinet principalia in deũ supiria ꝛ supintellectuales extensiones ꝛ immissiones/ feruidos vulgares ꝛ fulgidos feruores ad quoꝝ oĩa sublimes excessus ꝛ excedentes sublimitates intelligẽtia trahi nõ potest: sed solus ꝑncipalis affectus deo vnibilis ꝛ postea ibidẽ dicit: Tanta est virtus veri amoris ꝛ pulchritudinis ꝙ nõ solũ facit hoĩes ꝛ angelos exercere naturã ꝓpriam vt in deũ ascendant: sed etiã deũ quasi naturã ꝓpriam egredi: vt ad creaturas quasi infra naturã suam ꝓducendo descendant: ecce quõ oĩes isti excellẽtissimi doctores in hoc ↄueniunt ꝙ aĩa qñ rapit̃ in diuini luminis abyssum/tota deficit a seipsa: ꝛ in illũ queꝫ diligit tota liquescit ꝛ supintellectualiter ei vnit̃ ꝛ vnitissime trãsformat̃ in ipm̃: ita vt in aĩa dũ a seipsa alienat̃/dum in istud diuini arcani secretariũ rapit̃ dũ ab illo diuini amoris incendio circumdat̃ intime penetrat̃/ꝛ inflãmat̃ seipsam penitus exuit: et diuinũ quendã affectũ induit ꝛ inspecte pulchritudini ↄfigurata tota in aliã gloriã transit.

HIs prelibatis respondendũ est tertio ad obiectiones ꝛ rõnes quib⁹ dñs cancellarius doctor venerabilis ꝛ vir eloquẽtissimus doctrinã prefati viri videlꝫ fratris ioãnis de ruysbroech videt̃ aliqualiter calũniaris reprobare. Sciẽdũ est ergo ꝙ autor ꝑfati libri de ornatu spiritualiũ nuptiarũ: non sicut ille magister arbitrabat̃ homo idiota fuit ꝛ sine literis l hoc male erat informatus/sꝫ erat sacerdos vt spero deo acceptissimus/primus ꝑor ꝛ fundator cuiusdã monasterij canonicoꝝ regulariũ in brabantia appellati viridis vallis cameracen. diocesis ꝛ siti i quadã sylua que vocat̃ zonia iuxta ciuitatẽ famosam q̃ dicitur bruxella. Qui doctrinã suam nõ latino sermõe sed theutonico ↄscripsit: licet eñ competẽtis scientie

fuerit non tñ tam eminētis sciētie erat/ꝙ pfatā do
ctrinā latino sermone tā cōposito ⁊ stilo tā elegā-
ti scribere potuisset nisi speciali dono dei sibi da-
tū hoc fuisset. Sed quidā frater eiusdē monasterij
vir valde ingeniosus ⁊ literatus postmodū ob p-
fectū olim nationū: quosdā librorꝫ suorꝫ latino ser-
mone transferre in psona ipsius curauit. Admirā-
tes ergo doctrinā eius laico sermone cōscriptā fa
ciliter perpendere possunt ipsum nequaquā hanc
didicisse ab hoīe aut ab humana scientia/ sed acce
pisse a deo ⁊ a diuia sapiētia et magistra vnctione:
a fratrib⁹ eñi eius cognosci pōt ꝙ fuit homo mis-
sus a deo/ cui in his nouissimis diebus hec deno-
ta arcana et pfunda atqꝫ diuina deus dispēsanda
largit⁹ est: vt noua admonitio suos melius attra-
heret auditores: ⁊ vt sectam illorꝫ liberorꝫ spirituū
qui tēpore vite sue multū in brabantia ⁊ illis par-
tibus pullulabant/ extirparet ⁊ errores ipsorꝫ de-
nudaret. Uixit eñi homo iste dei postq̄ illud lamē
tabile schisma in ecclesia surrexit: nā a tēpore mor
tis sue .xxv. anni fluxerunt vel circiter. Hac ergo
occasiōe ⁊ necessitate cōpulsus: hec pfunda ⁊ sub-
tilia theutonico sermone cōtexuit: qui quidē hāc
doctrinā absqꝫ aliquo labore studij sola gratia spi
ritus sancti eius mentē docente ⁊ plustrante eructa
uit sicut bene cōpertū e ī illis qui secū cōuersati sūt
⁊ secretorꝫ suorꝫ conscij fuerūt. Si ergo stilus libri
in latinū translati magis redoleat humanā eloq̄n
tiā q̄ diuinā: hoc nō imputandū est autori sed trāſ
latori: qui quidē translator p eo ꝙ ornatui ⁊ eloq̄n
tie sermonū pl⁹ operā dedit q̄ forte expedit: ⁊ que
dā pro arbitrio suo addidit in pdicti libri transla-
tione multū desudauit: licet autor ab hac desuda-
tione liber ⁊ expers fuerit: cui oīa que docuit put
pie credimus spūssanctus inspirauit ⁊ administra
uit: licet etiā doctrina istius viri in latinū transla-
ta sit multū gratiosa/ cōpunctiua ⁊ deuotionis ex-
citatiua: tamē ignitū eloquium dñi vehemēter/ qd
in verbis illius theutonicis inuenit multo gratio
sius est: magis mouēs/ afficiens ⁊ accendēs legen
tem: ita vt durissimus corde sit qui nō ex eorꝫ lecti
one cōpungat ad deuotionē exciteтur ⁊ ad melio-
ra proueһat ⁊ sublimet. Uerūtamen ꝙ dictus do
ctor egregius sentiat tertiā partē huius libri pe-
nitus rescindendā tanq̄ discrepantē a doctrina
sana sanctorꝫ doctorꝫ non cōsentio sibi in hoc: sed
videt mihi esse approbanda doctrina hui⁹ tertie
partis: ⁊ asserenda tanq̄ consona ⁊ cōcordans per
oīa doctrinis ⁊ sentētijs sanctissimorꝫ ⁊ famosis-
simorꝫ doctorꝫ totius ecclesie: sicut satis declaratū
est ca. precedēti. Doctrina eñi huius tertie partis
intelligenda est de illa vnione extacita: sicut supe-
rius dictū est in pmo ca. de q̄ vnione iste magister
nullā facit mentionē in epistola sua. M. etiā dicit
ꝙ tertia pars eiusdē libri repudiāda est tanq̄ ma-
le explicata notandū est ꝙ de deo melius possum⁹
cogitare q̄ loqui: conātes ergo hoīes sancti de
deo loqui: nec valentes nisi verbis aptiorib⁹/ ver
bis que dicēda sūt/ exprimūt: ⁊ modū loquēdi quē
vsus sanctorꝫ patrū tenuit/ imitant: ⁊ sic autor hu-
ius libri in ista materia altissime ⁊ summe cōtēpla-
tionis imitatus est modū loquēdi sanctorꝫ patrum
q̄ de hac materia locuti sunt: vtendo quibusdā ver
bis non pprie/ sed transumptiue/ sicut ista mate-
ria exigit: sm exigentiā materie sermones sunt ex-
petēdi: sic eñi Diony. in libris suis caliginē vocat
quādo spūs rationales inducunt in istud internum
cenaculū diuine claritatis: vbi clausis sensuū ho-
stijs secretius castissimo amplexu cōueniunt cū di-
lecto/ ⁊ tamē maxima illustratione ibi irradiantur.
Similiter quādo mentē cōtingit rapi: ⁊ in subitius
extasim pduci/ tunc annihilari dicit: quia mens in
extasi posita sibi ⁊ oībus creaturis funditus mori
tur: inquantū seipsam nesciens sui ⁊ omniū creatu
rarū obliuiscat: ideo de talib⁹ mētibus dicit aplus
Col. ij. Mortui estis ⁊ vita vestra abscōdita est cū
christo in deo. Sic etiā spirit⁹ rationales seipsos
perdere est oīno non sentire semetipsos ⁊ a seipsis
exinaniri/ ⁊ pene annullari: vbi tamē melius secū
sunt/ cū sic sunt ꝙ tamē vbi sint nesciūt: ⁊ licet huc
usqꝫ seipsos habent tñ se modo pdicto pdiderūt:
Quod vtiqꝫ videt cōtigisse apostolo cū in raptu
cōstitutus: an in corpe vel extra corpus esset prsus
se asserit ignorare. Scriptura sacra eo spiritu ex-
ponenda ⁊ intelligēda est quo plata: ⁊ sic arbitror
ꝙ si dicta hui⁹ prioris sm illum sensum diuinū et
spiritū intelligant quo prolata sunt ꝙ in eis error
nō apparebit/ sed mera ⁊ clara veritas relucebit.
Sepe sancti viri de altissima contēplatione que
dā proferunt/ que minus pfecti: q2 penetrare non
possunt/ lapsum erroris putāt. Nō puto dici potu
isse quod hūc priorē puto sensisse. Est eñi iste mo-
dus sentiendi alienus ab oñi modo vsitato senti
endi: vnde nec vsitatis verbis pōt aliquatinus ex-
plicari. Et ideo qñ viri perfecti nostra instantia et
importunitate ac charitate deuicti aliquid nobis
de tali affectione vel intelligētia tentauerūt reue-
lare/ succūbunt verbis vel talia verba loquunt que
nostrū intellectū excedūt. Suauitas hec q̄ deuotē
mentib⁹ in vniōe intima dei ppinat tam sublimis
est ꝙ nec vocali nec mētali verbo est expressibilis
sed sola attingibilis est experiētia: ⁊ ῡ nō est mirū
si illud qd dicit de iudiciali: eo mō quo dici pōt/ sit
min⁹ gratū/ min⁹ placeat/ min⁹ accepteт ab his q̄
talia nō sunt experti. Et q2 hanc vnionē intimā et
extaticā in qua spūs rōnalis pfecta assimilatione
cōformat imagini sue increate/ pdictus autor cona
tus est explicare: q̄ tamē difficillima est ad disserē-
dū: idcirco quedā verba ptulit que a q̄plurib⁹ nō
capiunt. Que tñ si recte fuerint intellecta/ ⁊ ad in-
tentionē dicētis respectus habeat: non errorē sed
cōcessam puto cōtinent veritatē. ¶ Pro quorꝫ ver
borꝫ pleniori intellectu habēdo sciendū est ꝙ hec
vnio extatica q̄ cōsistit in āplexu vnitiuo summi bo
ni tripliciter ⁊ sub triplici habitudine percipit in
hac vita. Aliqñ eñi pcipit ex diuine claritatis ⁊ es-
sentie trāsitoria visione ⁊ cōtēplatione. Interdū ex
diuine suauitatis plibatoria fruitiōe. Interdū vo
ex diuine imensitatis iocūda admiratiōe: ⁊ de ali-
quo istorꝫ triū modorꝫ siue de vnoquoqꝫ puto esse
intelligēda dicta tertie ptis illi⁹ libri de ornatu spū
aliū nuptiarū: potissime tñ de primo mōi videlꝫ de

illa vnione ꝛ ꝯtēplatione q̄ fit ĩ raptu. Primū horū liquet in paulo q̄ fuit in raptu intuitiua ꝯtēplatione diuie essentie trāsitorie illustrat⁹: et licet paulus in illo raptu habuerit actū beatificum: tn̄ ex h̄ nō potuit dici pfecte beat⁹: q2 nō habuit statū beatificū: nec etiā illū actū modo cōprehēsoꝝ: puta ꝑmanēter ꝛ imobiliter/sicut habēt beat: sed fluxibiliter ꝛ trāsitorie: sicut lumē ꝯtinuaꝛ in aere ad solā p̄sentiā solis: quare nō debuit dici ex h̄ pfecte beatus. Scd's mod⁹ apparet in ꝓpheta Dauid q̄ tāta dulcedine diuine suauitatis repletus fuit/ꝙ tanq̄ ebrius clamauit: Delectationes in dextera tua vſqꝫ in finē. innuens ꝑ hoc ꝙ mensura ꝛ magnitudo hui⁹ suauitatis nullo termino vel fine poterit coartari. Tertius mod⁹ patebit in regina Saba: que visa gloria ꝛ magnificētia regis Salomonis/p̄ magnitudine admirationis defecit ꝛ ĩ extasim rapta fuit. De talibus mētibus verificaꝛ illud qͦ scribiꝛ Esa. lx. Tunc videbis ꝛ afflues ꝛ mirabiꝛ ꝛ dilatabitur cor tuū: quia in illo lumine tearchico tibi diuinitus influxo videbis illa q̄ nec oculus vidit nec auris audiuit ꝛc̄. in quo excellentia illius visionis ꝛ cognitionis designaꝛ.

PRo ampliori vero declaratione illi⁹ dicti qͦ p̄fatus magister dicit doctrina illi⁹ tertie ꝑtis nō stat cū determinatione decretalis.

Sciendū est ꝙ quicūqꝫ pie librū alicui⁹ ecclesiastici doctoris legit: si q̄d in eo quasi dubiū ꝛ scrupulosum inuenerit/nō statim exardescēdo inuadit: sed inspicit ꝛ discernit ꝛ retractat ex circūstantijs ꝛ ex scriptis eiusdē autoris: ꝛ ad vltimū prius elegit ꝯfiteri se ignorare vel nō intelligere q̄ illi erroris notā impingere/nisi manifesta ĩ eo heresis dep̄hendaꝛ. Cōstat em̄ catholicos patres qui diuersos libros conscripserūt de eadē sententia nūc obscurius/nūc aperti⁹ fuisse locutos: nec hoc ducaꝛ pro incōuenienti. Uarietas em̄ affert pulchritudinē/ꝛ delectat audientes siue legētes rara ꝛ difficilia bis delectant ait Horatius poeta. Sic igiꝛ sepedictus frater Joannes de ruysbroech: licet in tertia parte libri de ornatu spiritualiū nuptiarum de illa sublimissima materia ꝛ obscurissima obscurius sit locut⁹: in alijs tn̄ locis ꝛ libris suis vbi de eadē materia dogmatizat planius ꝛ apertius suam intentionē explanauit. Unde in libro suo qui dicitur de calculo vel de pfectiōe filioꝝ dei/ipse manifeste p̄testaꝛ ꝙ impossibile est nos ex toto deificari/nostrāqꝫ creationē in creatorē mutatos amittere. Diuina em̄ natura sicut in se est imutabilis ꝛ incōuertibilis: ita nō finit aliā naturā in se essentialiter ꝯuerti. Impossibile est em̄ vt creatura deus vel creator efficiaꝛ. Uerūtamē deo ꝑ mediū ꝛ sine medio vnimur: per mediū videlꝫ gratie sue ꝛ nostroꝝ operū. Gratia em̄ dei mentē nostrā irradians docet nos veritatē/dirigitqꝫ nos ad oēs virtutes ꝛ in eternā dei dilectionē ꝛ amoris exercitiū. Uerumtamē vltra has gratiā ꝛ virtutes inter deū ꝛ nos mediantes: deo etiā sine medio vnimur qn̄ impetu ardentis amoris excedimus om̄e creatū vſqꝫ in ipsas supersubstantiales dei diuitias: vbi in amore cunctā trāsimus morientes om̄i ꝯsyderatione in quādam inscientiā ꝛ caliginē: ibi agimur ꝛ superinformamur ipsi verbo eterno: quod est imago patris. Huic sententie oēs patres supius nolati ꝯcordāt: cūqꝫ sic deo vnimur remanet tn̄ in nobis scitus viuus ꝛ amor actiu⁹. Quoniā absqꝫ scitu nostro deum videre nō possumus nec sine amoris exercitio deo vniri vnitionēqꝫ seruare valemus: si me ignorāte totius mūdi domin⁹ essem q̄d mihi prestaret solatij? Jdcirco sentiem⁹ nos eternaliter gustātes ꝛ possidētes: teste christo q̄ ait: Hec est vita eterna vt cognoscāt te solum verū deū ꝛc̄. Sic ergo patet vitā nostrā eternā ꝯsistere in discreta siue distinctiua cognitione dei ꝛ ꝯtēplatione dei intuitiua. Ultra oia tn̄ hec erim⁹ quasi expirati supra spm̄ sine spiritu in abyssali ꝛ incōprehensibili ꝛ imensa dei gloria. Jtē spūs dei qui nobis flat/effluit ꝛ inspirat vt deū diligamus ꝛ virtutes opemur: nos eciā ad se ꝛ in se attrahit ꝛ intrahit: vt ĩ ipso quiescam⁹ ꝛ eo ꝑfruamur: ꝛ in his duob⁹ eterna vita stat: quēadmodū per aeris inspirationē ꝛ expirationē diastole et sistole nostra vita ꝑseuerat materialis. Et ex his patet ꝙ nō ꝯtradicit decretali: q2 ipse ponit sicut decretalis asserit beatitudinē nostrā ꝯsistere in visione dei intuitiua/ꝛ fruitione diuine essentie. Preterea scio ꝙ beatus Thomas de aquino clare dicit: ꝙ in visione qua videꝛ deus ꝑ essentiā/oportet ꝙ deus sit forma intellectus nostri: q2 quacūqꝫ alia informareꝛ/illa nō duceret nos in essentiā diuinā: ꝛ ergo in ipsa essentia diuia erit quasi forma intellectus qua intelliget. Quod quidē nō oportet ita intelligi ꝙ diuina essentia sit vera forma intellectus nostri: vel ꝙ ex ea ꝛ intellectu nostro efficiaꝛ vnū simpliciter: sicut in naturalib⁹ ex forma ꝛ materia naturali: sed q2 ꝓportio diuine essentie ad intellectū nostrū est sicut ꝓportio forme ad materiā ꝛ ꝙ fiant vnū quantū ꝑtinet ad actū intelligendi. Et vlteri⁹ dicit: ꝙ deus in patria nō tm̄ erit cognitio q̄ cognosceꝛ ab aīa: sed etiā ꝑ quā aīa cognosceret. Ex quo ꝯcludiꝛ ꝙ btūs Thomas fuit isti⁹ opinionis: ꝙ deus ꝑ suā essentiā est ꝯiungibilis intellectui nostro: nō tn̄ sic quin ibi erit lumē glorie: mediū qͦ eleuabit intellectū nostrū ad hoc ꝙ possit ꝯiungi essentie increate: sed ab h̄ medio nō dr̄ cognitio mediata: q2 nō cadit inter cognoscentē et rē cognitā: sed ē istud qͦ dat cognoscēti vim cognoscendi. Jstud erit in patria/sed in statu vie nullus intellectus pure creature pōt in visione dei ꝑ essentiā ꝑuenire ꝑ aliquā dispositionē sibi inherentē: sꝫ ꝯtingit aliqn̄ diuina virtute ꝙ aliqua res miraculose ꝑduciꝛ in aliqͦ in qͦ nullo mō potest ꝑ aliq̄s dispositiones sibi inherētes perduci: sicut ꝙ virgo pariat: ꝛ ꝙ ignis in aīa cōburat. Et silr̄ pōt miraculose fieri ꝙ diuina virtute aliq̄s intellectus creatus nō habēs nisi dispositiones vie eleueꝛ ad vidēdum deū ꝑ essentiā: nec tn̄ ex tali visione dr̄ beat⁹ simpliciter/sed s̄m q̄d tantū quantū cōicat in actu beati. Puto ꝙ hec dicta beati Thome ꝓbabiliter sustineri possunt absqꝫ periculo heresis ꝛ p̄iudicio fidei. Jnsup p̄dictus magister dicit ꝙ null⁹ theologoꝝ vnq̄ talē modū beatitudinis posuerit q̄lis

ab isto autore explicat: videlz ꝙ aīa tunc desinit esse in illa existentia quā prius habuit in ꝓprio genere ꝯuertit seu transformat ꝛ absorbet in esse diuinū: ꝛ in illud esse ideale defluit/ quod habuit ab eterno in essentia diuina. Pro cuiꝰ dicti euidentia est consyderandū: ꝙ qn̄ aliqua scriptura est mystica ꝛ obscura: tūc obseruandū est ꝙ interp̄tatio fiat ſm intentionē dicētis. Nihil est eñ ita bene dictū qđ non possit male interp̄tando ꝛ narrādo deprauari. Fateor ergo verū esse ꝙ nullus doctoꝝ modū beatitudinis ponit ſm quē iste magr̄ sua verba intelligit ꝛ recipit. Sed nequaꝙ̄ arbitror autorē huius libri ita desipuisse ꝙ ipse sic sentiret sicut iste magr̄ sibi imponit: nec illū sensum verba sua p̄tendūt si diligēter inspiciant: sed potius sic intelligēda sunt ꝙ mēs dulcedine verbi diuini illecta rapit ꝛ illabit a seipsa vt verbo fruat: illicoꝫ ibi nosmet ipsos excedimꝰ in caligīnē ꝛ in modi carentiā inscrutabilē ibi nos deus ex nobisipsis trahit/ transformat ꝛ deglutit in ipsam ꝓfundissimā diuinitatis trāquillitatē/ in ipsam sui supessentiā ꝛ sui spiritus vnitatē amorisoꝫ absorptionē vbi vi amoris extatici assequimur illā ꝯformitatē ꝛ deiformitatē quā ſm rationē idealē habuimꝰ ab eterno in mēte diuīa: ibiqꝫ vnū effecti sumus cū deo. Hec vnitas nō intelligēda ſm identitatē realis existentie/ sed ſm quandā ꝯformitatis ꝛ transformationis similitudinē: nequaꝙ̄ ergo estimandū est p̄fatum fratrē Joannē de ruysbroech fuisse istius opinionis vel erroris ꝙ voluisset asserere spm̄ rationalē in beatifico vniri diuine essentie ꝑ transformationē essentialē in identitatē diuine nature: aut ꝙ nō sit necessariū ꝙ potentia intellectiua creata sit eleuata per habitū supnaturalez luminis glorie ad eliciendū actū beate visionis. Sed ita videt sapere ꝙ qꝛ ipse deus ꝓpter summā eius simplicitatē mēti illabit: ideo cognoscemꝰ eū in seipso obiectiue/ ꝛ etiā ꝑ seipsum rep̄sentatiue: vt ly in ipso/ excludat mediationē speciei: qꝛ in patria deus absqꝫ specie ꝛ similitudine cognoscet: ꝛ ly ꝑ ipsum/ excludat mediationē luminis extranei diuinā essentiā rep̄sentantis: qꝛ essentia diuīa in suo ꝓprio lumine videbit. Nō eñ requirit aliud lumē deforis ab essentia sicut lumē solis requirit ad videndū colores ꝛ rerū sp̄es: quas in tenebris videre nō possumꝰ: sed ꝑ hoc nō vult dicere quin actu nostro creato ipsum deū cognoscamꝰ: et ꝑ ꝯsequēs oportet ꝙ ipsa potētia intellectiua sit per habitū supnaturalē informata vt possit p̄tingere ad istud obiectū īfinitū ad qđ ex se p̄tingere nō pōt. Et qꝛ in visione beatifica ip̄m visum non videt ꝑ similitudinē/ sed ꝑ essentiā efficit quodāmodo intra videntē. Ex hoc autē ꝙ ip̄m visum receptū est intra videntē/ vnit sibi ip̄m vidētē vt fiat q̄si quedā penetratio mutua per amorē: sicut dicit .j. Joan. iiij. Qui manet in charitate/ in deo manet ꝛ deus in eo. Ad vnionē aūt maxime ꝯuenientis sequit delectatio summa: ꝛ in hoc p̄ficit nr̄a felicitas. Ex quo patet ꝙ gaudiū fruitionis ī actu diuine visionis quo videt diuina essentia nude in seipsa inchoat: sed in dilectione ꝛ amplexu vnitiuo ꝛ gustu affectuali diuīe dulcedinis p̄ficit ꝛ ꝯsummatur. Quāuis eñ fruitio nō fit sine visione: p̄fectiꝰ est tn̄ in dilectione. Sicut eñ hic p̄fectius est diligere ꝙ̄ agnoscere: sic et ibi intellectus noster iplebit leticia visionis: sed affectꝰ noster implebit leticia dilectionis/ cui ꝯuenit cōuenire ꝛ trāsformare. Ad gaudiū beatitudinis tria ꝯcurrūt/ p̄fecta visio/ plena cōprehēsio/ inhesio amoris cōsumata. Et in isto stat tota summa dictoꝝ fratris Joānis de ruysbroech ꝯcernētiū presentē materiā. Unde sicut ex ipsis dictis manifeste colligi ꝛ elici pōt ipse ponit beatitudinē nostram ꝯsistere in distinctiua siue discretiua cognitione/ et ꝯtēplatione dei intuitiua: ꝛ hanc vocat beatitudinē actualē: ꝛ in fruitiōe dei quiescitiua/ vbi aīa igne diuini amoris resoluta liquescit ꝛ deficit a seipsa/ ꝛ spoliata oīm viriū suarū propria ꝛ naturali actiuitate mentalē simplicitatē induit ꝛ imaginis increate assequit assimilationē. Gaudiū fruitionis est tāte magnitudīs ꝛ tā indicibilis suauitatis ꝙ mēs btā vel hūana plene cōp̄hēdere nō pōt/ sꝫ tota absorbet ex plenitudīe illiꝰ gaudij: sicut stilla aque absorbet a vino forti: vt dicit Bern̄. Et istū gustū fruitionis oēs vires anīe indicibili gaudio absorbēt: ꝛ hanc inhesionē ꝛ amplexū mellifluū indissolubilis charitatis ꝛ absorptionē abyssalē amoris vbi aīa inabissat ꝛ totaliter in deū trahit ꝛ transformat appellat beatitudinē essentialē: qꝛ ibi aīa oīm viriū suarū actiuitate spoliat/ ꝛ vtit sola ꝯsolatione diuīe suauitatis. Ibi inq̄t: in pace in idipsum dormit ꝛ reqescit: dormit in quietatiōe plena intellectꝰ: requiescit ī plena satiatione affectꝰ. Et sic patet ꝙ sensus eius est verissimꝰ: nec discrepat a sentētia scōꝝ patꝝ. Et si est aliqs error ī dictis suis/ ille solū stat in q̄d nōia nōia aūt sunt ad placitū: ꝛ ideo talis error non est magni ponderis. Qꝫ aūt dicit ꝙ ad fruitionē spectat plena cōprehēsio: hoc nō est sic intelligēdū ꝙ btī cōprehendūt totaliter ip̄m deū ſm oēm modū quo est cognoscibilis: talis eñ modꝰ cōprehēsionis diuine nature est īpossibilis oī creature: vt ptꝫ Joā. j. vbi h̄r: Deū nemo vidit vnꝙ̄. Sed iste modus cōprehensionis attēdit quantū ad īmediationē cognitionis: de qua supiꝰ dictū est: qꝛ btī verbū eternū ꝛ oīa alia in seipso ꝛ ꝑ ip̄m cōprehēdēt ꝛ cognoscēt: iuxta illud ps̄. In lumīe tuo videbimꝰ lumē: hoc est te ip̄m q̄ es lumē subsistēs dicit Augꝰ.

Restat nunc vlterius videre qualiter sane intelligēda sunt illa dicta fratris Joānis de ruysbroech: q̄ dn̄s cancellarius in epistola indicat esse repudiāda tā̄ ꝙ̄ erronea vel male explicata: quoꝝ primū est istud quo dicit: Perdit anima contēplantis in esse tali diuino abyssali: ita ꝙ nō sit reparibilis ab aliqua creatura. Hoc verū est si sane intelligat. Sic quippe intelligendū est ꝙ in hoc gradu contēplationis qm̄ mens rapit in diuini luminis abyssum omniū exterioꝝ obliuiscitur/ nescitqꝫ penitus seipsam: seipsam exuit ꝛ diuinū induit quendā affectū ꝛ supmūdanū: totaqꝫ transit in deū suū ꝛ in aliā gloriā quā creatura sub esse creaturali non attingit: qꝛ in tali statu esse suū creatū ꝛ sue nature hō excedit: et sub

esse diuine gratie ita sublimiter diui ne substantie vnit: q oes vires τ potentie rōnales supra se eleuā tur: τ in diuinā claritatē transformant: τ sic nō est repertibilis ibi ab aliqua creatura. Supra intelle ctū eni τ mentē ibidē deū cognoscit. Intellect⁹ eni noster τ sensus corporeus intra terminos creatu re exercent: nec etiā intellectus excedit ens aut spe culū. Unitio autē excedit sublimi⁹ intellectū theo ricū q intellect⁹ imaginationē vel sensum. Mēs eni in hac vnione diuina τ extatica trāscendit om nē creaturā τ seipsam τ oēm actum viriū apprehē siuarū: τ pro tanto dr q non est repertibilis ab aliq creatura. Ad hanc abstractionē Dionysius inuita bat Timotheū in mystica theologia/ dicens: Tu aūt amice Timothee circa mysticas visiones forti ptritione τ sensus relinqueret intellectuales opa tiones/ τ oia sensibilia τ intelligibilia/ τ oia existen tia τ nō existentia: τ sicut est possibile ignote psur ge ad eius vnitionē que est sup omnē substantiā τ cognitionē: etenī excessus tuipsius ab oi irretenti bili τ absoluto mūde ad supersubstantialē diuina rū tenebrarū radium sursum ageris. Unde autē vt nullus indoctorū hec audiat. In hoc verbo Dio nysij sapiētia summa includit: τ culmē totius pfe ctionis vt possibile est/ via τ pfunditas librorum Dionysij ariopagite. ¶ Quod pterea subiungit q intētio autoris pfati videt esse q aia desinit esse in illa existentia quā prius habuit: claret ex supra dictis/ q intētio autoris talis nō fuit qualis expri mit a pdicto magistro sed ex abūdanti: licet nō in cōuenienter possum⁹ dicere q intētio autoris talis est q excellentia rōnalis creature in hoc pficit τ cō sumatur qn cōsurrectione amoris extatici in illud principiū reuertit vnde primordialiter exiuit: τ qn aia intrat in istud diuinitatis arcanū τ in illud in time quietis secretū: tūc nō oportet q ibi fiat cor poris τ aie dissolutio/ sed in hmōi trāsformatione aia diuidit a spū per hūc modū: vt qd aniale cor pulentū τ feculentū est deorsum remaneat. Spūs autē τ qd spūale est ad summa euolet: τ vsqz ad spe culationē diuine glorie sublimet τ in eandē imagi nē trāsformet. Nihil i creaturis (vt dicit Richar. in li. de exterminatione mali) hac diuisione mira bilius cernit: vbi illud qd est essentialiter vnū atqz indiuiduū in seipsum in quandā portionē diuidit: neqz in hoie vno alia est essentia eius spirit⁹: atqz alia eius aia/ sed vna eademqz substantia simplicis nature. Nō eni in hoc gemino vocabulo gemina substātia intelligit: sed tn ad distinctionē ponit ge mina portio eiusdē essentie. Unde supior p spiritū alia inferior p alam designat. ¶ Unde p planiori intellectu istorū habēdo est considerandū/ q spūs noster qnqz intantū a corpe τ aia diuidit vt spūs in spū esse asserat: τ qnqz spūs supra spm esse dica tur: τ qnqz spiritus sine spū esse credat. Primū pa tet in Joāne qui de seipso dicit Apoca. j. Ego fui in spiritu dnica die. Quod expōnēs Haymo sup Apocalypsim dicit sic: Joānes sic in spū fuit: q ta men ipsam carnem funditus nō deseruit/ sed spiri tui eternitatis spūs eius adhesit: τ a spiritu docen te assumptus fuit spūs docēdus. Ideo tā mirabi lia τ pfunda vidit. Richardus aūt exponēs idem verbū dicit sic: an hoc est spm in spū esse semetip sum intra seipm totū colligere: et ea q circa carnē seu etiā in carne gerunt interim penit⁹ ignorare. Secundū liqt in petro: de q in actibus. c. xij. dicit: Et petrus ad se reuersus dixit τc. Quod exponēs Richard⁹ li. ij. de ptēplatione: Hoc sane nō insipi enter dr q petrus lōge supra hoiem fuerit: qr lōge a semetipso: τ supra semetipm recessit. Alioqn nō erat a quo ad se reuerteret. Hoc idē ostendit Hu go sup septimū hierarchie/ dicens: Acutū amoris est cū oia trāscendēdo despicit. Superferuidū aūt amoris est/ cū etiā semetipsum contēplando relin quit: τ in contēplatōe dilecti se despicit: τ miro mō fit vt p dilectionis ignē in illū sustollit qui est sup se: τ p vim amoris expellit τ exeat a se: nec se cogi tat dū deum solū amat. Tertiū apparebat in regi na saba: de qua legit. iij. Reg. iij. c. q regina saba videns sapientiā Salomonis τ domū τ habitacu la τ ordinē ministrantiū nō habebat vltra spiritū. Qd exponēs Richar. li. v. de contēplatione. c. ij. Recte nōne dr spūs seipm nō habere: qn incipit a seipso oino deficere/ τ a suo esse i supmūdanū quē dā τ vere plus q humanū statū transire: in mira bili trāsfiguratione spūs ille ab hūano videat in diuinū deficere: ita vt ipse iā non ip se eo duntaxat tpe quo dño incipit alti⁹ inherere. Qui aūt adhe ret deo vnus spūs est. Et sic totū in istud diuinita tis arcanū intrat clamās cū ps. Deficit in saluta re tuū aia mea: hec ille. Isto habito τ intellecto facillime oia illa dicta hui⁹ tertie ptis de nuptiis intelligunt τ exponunt. ¶ Ex isto patet facillime intellectus clausule illius q subiūgit. In ipsa qui dē sui vacuitate p fruitiuū amorē spūs pdit semet ipsum: deiqz claritatē nullo intermediāte suscipit. Spūs semetipm p tanto dr pdere: qr in tali statu vbi spūs human⁹ intantū amoris feruorē supra se rapit vt merito sine spū esse dicat: factus est tanq vas pditū eo q semetipm nō sentit/ sed penit⁹ a se ipsa exinanit/ absorbet τ deficit: luce clarius pstat q pgrue dr q regina saba spm suuz pdidit: q vltra spm nō habebat. Sic sitr Paul⁹ pueniēter dr spi ritū suū pdidisset/ qn in raptu pstitut⁹ verū in corpe vel extra corp⁹ esset/ ignorauit. Cū aūt mēs hūa na hūc supremū verticē. i. mētis excessuz attigerit: tūc dei claritatē nullo intermediāte suscipit: qr ab oibus imaginib⁹ τ symbolis absoluit: τ ab oibus opationib⁹ oim viriū apphensiuarū tā inferiorū q supiorū ociat: atqz in supsubstātialē radiū diuine lu ciditatis ducit remoto oi velamie et imediate deo vnit: sicqz dei claritatē nullo intermediāte suscipit. Istud autē qd dicit/ ac sine intermissione ipse fit ea claritas quā accipit: satis claret ex pdictis non sic intelligendū: τ qualiter doctores sctī idē sentiunt. Unī in epla inferi⁹ annotata sic habet. Hec hora incensi sicut aque gutta vniat infusa multo vino. Sic ista efficit lux in dño optimata i optimo. Op tima quippe ac oipotēs efficit qn in optimū ac in oipotentē tota trāsicit. Cui satis pcordat sup septi mū angelice hierarchie/ dicēs: Contēplatio est dei fica similitudo: qr dum p eam illuminati lucentes

fiunt: quodāmodo ipsius luminis lucētis similitu
dinē accipiunt. Quo eñ aer solis luce pfusus in eā
dem transformaẗ luminis claritatē adeo vt nō tā
illuminatus ꝙ ipsum lumē esse videaẗ. Et sicut fer
rū in ipm ignē missum magis efficiẗ ignis ꝙ igni-
tū. Sic viri pfecti charitate induti siue imbuti (cha
ritas vident potius) vt emphance loquar ꝙ chari
tate succensi. Induimini ergo dñm sicut aer lucē:
sicut ferrū ignē / ⁊ eritis lux in dño. Sicut eñ ferrū
inflammatū accipit in se formā ignis / ⁊ dat se totū
⁊ non partē: ⁊ eripit se sibi remanēdo in se substā-
tialiter inflāmatū: ita aīa vnita deo p ignē diuini
amoris quasi totā dat se ⁊ mittit se in deū ⁊ in deū
transformata nō mutata substantia ꝓpria trāsfor
mat se totā in deo amore qui est vita sua: ⁊ p amo
rem fit quasi tota diuina. Naturale nāqȝ est quā-
docūqȝ aliqd transformaẗ in aliud / istud accipiet
ꝓprietates ⁊ ꝯditiones illius nature in quā trans-
formaẗ. Sic igiẗ mens deuota cū in lumen thear
chicū transformaẗ fit quodāmodo claritas quā ac
cipit. ¶ Itē quod sequiẗ / dependetqȝ nostrū esse
creatū ab esse eterno: ⁊ ſm essentialē existentiā vnū
cū illo est: sic accipiendū est / ꝙ menti nostre diuīa
essentia realiter et pñtialiter cōmunicaẗ. Ubiqȝ
totus est deus p existentiā / sed nō in singulis equa
liter p efficientiā. Et licet ex toto se vbiqȝ opereẗ:
tamē non totū quod potētie sue est vbiqȝ imo po-
tius nusꝙ̄ operaẗ. Unde qꝛ propriū est diuine na-
ture rebus illabi ⁊ eoꝝ intimis cōmorari: ⁊ p sui il
lapsum cōseruare rerū naturas ne decidant in nō
esse: idcirco dicit ꝙ nostrū esse creatū dependet ab
esse eterno: iuxta illud qđ philosophꝰ dicit in li. de
celo ⁊ mūdo. Ab hoc quidē ente. s. deo depēdet ce-
lum ⁊ terra: ⁊ qꝛ ex nature sue ꝓprietate cōpetit ip
si deo vt inhabitet in intimo aīe rationalis: ꝓpter
qđ dicit Augꝰ. tu intimior intimo meo: ꝓpterea di
cit ꝙ esse nostrū creatum ſm essentialē existentiā
vnū cū illo est: diuerse substantie sunt spiritꝰ dei ⁊
spūs hoīs: ⁊ ergo hoīs nō est ita vnus cū spū dei
sicut filius cū patre vnus est deus. Sed qꝛ illapsu
sue pñtialitatis inhabitat aīam rōnalē quā inter
oīa creata imagine sua insigniuit: penes quā ima
ginē transformaẗ trinitati psonaꝝ / ⁊ participabiẗ
est diuīe nature ⁊ beatitudinis illius: ideo dicit ꝙ
oē nostrū creatū ſm essentialē existentiā vnū cū
illo est. Deus eñ sanctis suis triplicem vnionē tri
buit. s. nature / gratie ⁊ glorie. Et de hac vnione na
turali p quā deus cōmoraẗ in intimo aīe rationa
lis / dictū istud est intelligendū. ¶ Qualiter autē
illud sit accipiendū: Uniuersi quoqȝ supra sui crea
tionē in vite contēplatiue altitudīe sublimati vnū
sunt cū hac deifica claritate: imo ipsa claritas ipsi
sunt / atqȝ in eo quo vidēt ⁊ qđ vident lumine idem
fiunt: satis patet ex pdictis ⁊ specialiter ex his que
dicta sunt in illa clausula: Ac sine intermissione fit
ipsa claritas quā accipit. Nō eñ vult autor iste di
cere ꝙ spūs adherens deo p amplexū vnitiuū ⁊ su
pra se raptus virtute extatici amoris ꝙ fiat vnus
vel idem cū deo simpliciter substantie identitate:
qꝛ hoc est impossibile: sed fit vnus cū deo trāsfor-
mationis similitudīe gratieqȝ ⁊ beatitudinis par

ticipatiōe feruidi amoris amplexu ⁊ inhesione. Et
hoc satis innuit in his verbis que postea subiun
git: vniuersi deuoti spūs vnū cū deo pfundo amo
ris defluuio sunt effecti non quodlibet quidē vnum
sed idipsum qđ est ipsa in se essentia dei: eo modo
quē deifica beatitudo requirit. Et istud idē multi
sctī doctores dixerūt. s. beatus Dionysiꝰ / Bernar
dus / Hugo: sicut patet ex supra allegatis: sicut in
ipsa beatissima trinitate a patre filius egrediẗ: ab
vtroqȝ spūssanctus amor verus ꝓcedens cōnectit
patrē ⁊ filium: sic a fonte bonitatis superne sapien
tia vnitiua ꝓcedēs menti deuote illapsa tāta vni
one ipsam connectit spiritui in tanto vt mereaẗ vt
vnū dicaẗ esse cū ipso. Hanc vnionē petebat chri-
stus cū dicebat: Rogo pater vt ipsi vnū sint sicut
ego ⁊ tu vnū sumus. ¶ Proinde his verbis que
sequūtur / vident insup / sentiunt ⁊ inueniunt p hoc
deificū lumen se ſm esse vitāqȝ suam increatā ean-
dē fore simplicē diuinitatis abyssum / satis mihi cō
cordare videẗ sententia sancti Augu. in li. vi. ꝯfessi
onū vbi dicit: Inde admonitus redire ad meipsū
intraui in intima mea duce te ⁊ potui: quoniā fa-
ctus es adiutor meꝰ ⁊ intraui ⁊ vidi qualicūqȝ ocu-
lo anime mee supra eūdē oculū anime mee: supra
mentē meā lucem domini incōmutabilem: nec ita
erat supra mentē meā sicut oleum supra aquā: nec
sicut celum supra terrā / sed superior: quia ipse fecit
me: ⁊ ego inferior: quia factus sum ab eo. Qui no
uit veritatē / nouit eam / nouit eternitatē charitas
nouit eā. ¶ Ad cuius euidentiā est sciendū ꝙ crea
ture pexistunt in mēte diuina siue in deo simplici
ter ⁊ vnice: ⁊ hoc quantū ad tria exēplaria ſm rati
onē distincta. Primo pexistunt creature in diuīa
essentia ſm rationes suas pfectionales: et qꝛ om-
nes pfectiones sunt in deo vnitissime: ideo sic sub
omnimoda distinctione in essentia pexistunt diui-
na essentialiter / potentialiter ⁊ causaliter. Secūdo
pexistunt in mente paterna originaliter ſm rōnes
suas ideales: ⁊ ideo ibi puto apparet creaturarū
distinctio ſm rationē intelligēdi. Tertio pexistūt
in verbo eterno tanꝙ̄ in exemplari ꝓprio quantū
ad rationes suas factiuas ⁊ exemplares: ⁊ ideo ibi
apparent similitudines rerū sub distinctione pfe-
cta. Est autē intelligendum ꝙ cū creatura diciẗ in
deo pexistere ſm similitudinē suam exemplarē: nō
est intelligendū ꝙ illa similitudo sit aliquod addi-
tū essentie: qꝛ sic aliquod accidens caderet in deū.
Sed illa similitudo est realiter ipsa diuina essentia
⁊ ipsum verbū intellectum tamen cū habitudine
ꝓut est imitabile ⁊ participabile a creatura. Uult
ergo autor in verbis pfactis dicere ꝙ quādo mens
rationalis rapiẗ in diuine lucis abyssum / et supra
se eleuaẗ / statim deū sentit ⁊ inuenit ⁊ experimētali
suauitate degustat: ꝙ ipsa creatura non est aliud in
deo ſm suum ideale ꝙ ipsa creatrix essentia: ꝓut
dicit Anselmꝰ. ¶ Porro illud vltimū dictū quod
sepedictus magister censet calumniandū ⁊ repro-
bandū videlicet: Illic spiritꝰ est supra semetipsum
translatꝰ ⁊ deo vnificatus / gustans vidensqȝ in vni
tate viuide abyssus: in qua sese ſm esse suum incre
atū possidet immēsas diuitias que ipsemet est in-

ta eũ modũ quo eas deus gustat ⁊ videt: non discrepat a veritate si recte intelligat̃ ⁊ pie interpretet̃. Intellect⁹ eñ hoꝝ verboꝝ talis est: ꝙ quãdo sponsus celestis introducit sponsam suaȝ in cellã vinariã. i. abyssum sue dulcedinis ei concedit degustare: tũc plenũ gaudiũ ⁊ ꝑfecta delectatio spõse. i. menti deuote propinant̃: ex quib⁹ totũ desyderium eius ꝑfecte quietat̃: qꝛ tũc introducit̃ in gaudium dñi sui/ ⁊ in cubiculum genetricis sue: qḋ nihil aliud est ꝙ̃ ipsa diuina essentia sub ratione obiecti beatifici: ⁊ vt exemplar ⁊ idea rõnalis creature: qꝛ vt sic habet mentẽ rationalẽ proprie quietare: ⁊ tunc assequit̃ vbertatẽ ⁊ affluentiã diuine gratie a qua oĩs sacietas et gratie fecũditas in animã deriuat̃: quia in claritatẽ verbi diuini transformata deificat̃/ vbi gustat imensas diuitias q̃ ipsemet est: quoniãquidẽ anima infinitatẽ illius gaudij nõ cõprehendit: sed tñ beatificã ei⁹ identitatẽ raptim apphendit iuxta modũ supra expositũ. Jstud maxime fit in raptu. ¶ Pro declaratione autẽ illius dicti quod subiungit̃: gustãs ⁊ videns imensas diuitias iuxta eũ modũ quo eas deus gustat ⁊ videt. Est diligenter aduertendũ ꝙ verbũ eternũ est quedam refectio mẽtalis ⁊ quoddã gaudiũ intellectuale ipsoꝝ angeloꝝ ⁊ omniũ beatoꝝ: qui pari voto ⁊ concordia plene possident oẽm thesaurũ celestis sapiẽtie ⁊ bonitatis diuine: q̃ de torrẽte diuine voluptatis ꝯtinue potant̃: ⁊ ab vbertate suauitat̃ in ea degustant puritate obiectiua qua deus fruit̃ in seipso: ideo dicit ꝙ gustant ⁊ vidẽt immẽsas diuitias iuxta eum modũ quo eas deus gustat ⁊ videt.

¶ Ut autẽ finẽ loquendi faciã ⁊ textum cũ glossa ꝯferam: cõclusio finalis omniũ predictoꝝ ⁊ explanatio ꝑclara dictorũ illius tertie partis de ornatu spiritualiũ nuptiarũ stat in isto ꝙ sancti iuxta vaticiniũ Esaie ꝓphete in terra sua duplicia possidebũt: quia sancti in patria dupliciter reficient̃ ⁊ beatificabunt̃ hoc modo: qꝛ vires ⁊ potẽtie rõnales ad imaginẽ pertinẽtes. s. memoria/ intelligentia ⁊ volũtas bibẽt de fonte viuo in ea puritate obiectiue: sicut deus sua fontali bonitate fruit̃ in seipso: ⁊ iste eedem vires satiabunt̃ ⁊ inebriabũtur: et hoc essentialiter gaudio fruitionis ⁊ gustu intellectuali diuine dulcedinis: vbi per efficaciã diuini luminis absorpte in diuine suauitatis degustatione: et amplexu ⁊ inhesione consummati amoris sopiẽt̃ ⁊ requiescẽt ab omi operatione intellectuali: et sic iste vires semꝑ erunt actiue ⁊ operose cũ hoc quiescentes ⁊ ociose/ semꝑ famelice/ semꝑ saturate/ diuersis tñ respectib⁹. Jstud donũ quibusdã sanctis licet paucissimis conceditur in hac vita: sicut paulo datũ fuit in raptu: sed hoc non fixe/ non imobiliter sed raptim/ trãsitorie ⁊ fluxibiliter: sicut supra dictũ est. Jstius opinionis fuit autor isti⁹ libri de ornatu spiritualiũ nuptiarũ/ ⁊ eiusdem opinionis arbitror fuisse beatũ Dionysiũ: sicut patet inspicienti librũ suũ de mystica theologia. Et huic opinioni ego adhereo sed non ꝑtinaciter: si quid eñ hic dictũ videt̃ quod appareat repugnare veritatib⁹ articuloꝝ fidei: hoc totũ reuoco/ ⁊ correctioni sctẽ matris ecclesie/ in qua christus suã sanctissimã autoritatẽ transfundit me ⁊ q̃cq̃d hic dictũ est/ submitto.

¶ Ad extremũ hoc infero ꝙ magistra intelligẽdi est experiẽtia: put sancti testant̃. Et ille optime veritatẽ iudicij nouit: qui eã nõ audiẽdo solũ/ sed gustando ⁊ faciẽdo didicit. Qui eñ veritati vnit⁹ est/ ex ipsa vnione bñ nouit ꝙ bñ sentit: ꝙ̃uis eũ multi corripiant tanq̃ mẽtis excessum passum. Jn tali ẽ materia q̃ solũ per experientiã ⁊ gustũ cognoscit̃: magis est credendũ his qui noticia experimentali hec gustauerũt ꝙ̃ his qui solo lumĩe intellectus et literarũ studio pollent. Hec autẽ sapientia vnitiua ⁊ anagogica q̃ omnẽ rationis apphẽsionẽ transcẽdit: sola diuina imissione percipit̃: que non tñ affectũ supra se erigit ⁊ amore extatico spõso altissimo creaturã perfecte vnit: sed insuꝑ intantũ eleuat intellectũ: vt multo plus omni prudẽtia ⁊ cognitiõe diuinis fulgorib⁹ illustret̃ ꝙ̃ aliquo ingenij exercitio valeat obtineri. Et ergo non vident̃ mihi recte sapere qui nolũt ꝙ aliquis de diuinis sciẽtijs disserat nisi fuerit physicis ⁊ naturalib⁹ scientijs preditus ⁊ imbutus. Jncõgruũ eñ videtur intantũ nature deferre studio artis ⁊ solertie hominũ/ ꝙ plus possint hoībus afferre ꝙ̃ gratia que repente agit: subito imprimit/ infallibiliter docet/ ⁊ indubitãter facit existere mẽtes in his que docet: ⁊ luce clarius que alijs vident̃ obscura demonstrat. Jpsa eñ sapientia ⁊ sciẽtia q̃ sola sancti spũs influxione ꝑcipitur certissima ⁊ amãtissima cõprobat̃: qꝛ sine omi dubitatiõe ⁊ opinione ꝓcedit/ ⁊ omnẽ alterius discipline leuitatẽ excedit. Hanc doctrinã preclare sapientie sibi soli increata sapiẽtia reseruare voluit vt sciat oĩs mortalis creatura ꝙ est doctor in celo qui solã veram sapientiã solis electis scholaribus per celestes emissiones ⁊ sue claritatis radios manifestat: ⁊ oĩes mũdi sapientes cõfutet: cũ simplex vetula vel idiota ad istius sapiẽtie vnitiue cõsurrectionẽ ꝑfecte possit attingere: quã nulla physica sciẽtia vel moralis industria apphendit. Que melius intelligemus/ melius ꝓferemus. Spũalis oĩa dijudicat ⁊ ipse a nemine iudicat̃. ¶ Patet ẽ ex his quõ sanctissimi ⁊ excellentissimi doctores q̃ in vtraq; specie contẽplationis ꝑfecti fuerunt/ eadẽ docuerũt ⁊ senserũt: que tertia ps libri de ornatu spiritualiũ nuptiaꝝ dogmatizat: licet forte sub alijs verbis. Nõ aũt refert diuersitas narrationis vbi eadem res narrat̃: sicut dicit beatus Aug⁹. Et ergo predicta doctrina nõ est abijcienda ⁊ eliminanda/ sȝ vbiq; sustineri potest absq; periculo erroris tanq̃ consona ⁊ cõformis sanctoꝝ patrũ traditionib⁹. Unde qꝛ verba hui⁹ libri ex feruido affectu ⁊ vigore dilectionis ꝓlata sunt: nõ sunt recipiẽda ẽm sensum quẽ ẽm sonũ vocis vidẽtur facere: sed ẽm sensum ꝓ quo fiũt intelligẽda sunt ⁊ interpretanda: et ẽm materiã subiectã sermões eius expetẽdi. Jsta sunt spũalia ⁊ mystica: ⁊ ideo solis spũalibus sunt cõparanda ⁊ cõicanda: nec hmõi in scholis sunt tractãda. Sed esto ꝙ sepedict⁹ autor in aliquibus forte nõ ita dixisset sicut aliqui vellẽt: vel qꝛ melius vel veri⁹ dici quiuisset/ q̃ cura de h? Jn opusculis tractatoꝝ multa corrigẽda inueniunt̃. Si ad obiectionẽ alicuius tractat⁹ sufficeret aliqḋ dictũ

in eo corrigendũ: pauci tractatus recipiẽdi essent. Negare non possum/nec debeo ait Aug⁹. sicut in ipsis morib⁹ meis: ita multa esse in tã multis opusculis meis/que possunt iusto iudicio ꝛ nulla temeritate culpari. Item idẽ: Noli meis lr̃is quasi canonicis scripturis inseruire: sed in illis ꝛ quod nõ credebas/incũctanter tibi inueniendum crede: in istis aũt quod certũ habebas/nisi certũ vel certe intellexeris/noli firmiter tenere. Non eñ par autoritas scripture canonice debet̃ ꝛ eaꝝ expositionibus. In oĩbus bene agere ꝛ in nullo deuiare/non est humanitatis/sed deitatis. Estimo tñ ꝙ doctrina eius ꝯtrum ad intellectũ suũ in paucis calumniam patiat̃: lꝫ forte q̃dam planius ꝛ irreꝑhensibilius potuisset dixisse. Hec dicta sufficiant ꝯtra eos qui doctrinam ꝑdicti viri vident̃ calumniari/sub corectione tamẽ semꝑ melius sentientiũ ¶ Sꝫ dicet aliq̃s: q̃s est iste q̃ ausus est os suũ ponere in celum/ꝛ ridere dño cãcellario ꝑrhys. discretissimo ꝛ eruditissimo viro? Fateor charissime ꝙ ego sum minim⁹ clericoꝝ ꝛ religiosoꝝ: q̃ non sum dign⁹ vt soluã corrigiã calciamentoꝝ dñi mei Cancellarij: qui incompabilr̃ vita/moribus ꝛ scienti؛s me ꝑcellit. Protestor tñ ꝙ nõ ostentationis grã/nec temeritatis mot⁹ audacia ꝑsumpsi ridere obiectionib⁹ tanti viri. Sed duo sunt q̃ me mouerũt ꝛ incitauerunt ad scribendũ ista. Primũ est ꝙ emulatoꝛ existẽs paterne traditiõis/ꝛ zelũ gerẽs ꝑ doctrina patris/nõ potui patiẽter sustinere vt ille liber quẽ per spiritũ sctm̃ spero fuisse compilatũ vilipenderet̃/abijceret̃ ꝛ ꝯtemptui haberet̃. Secundũ est: q: annuẽs pijs ꝑcibus ꝛ desyderijs fratris Bartholomei/q̃ instanter ꝑut q̃busdam referentib⁹ intellexi rogauit sibi intellectũ ṽboꝝ illius tertie partis libri de ornatu spũalium nuptiaꝝ exponi ꝛ reserari/institi ꝛ laboraui inq̃tum potui dicta tertie partis ꝑfati libri explanare: ꝛ ad quem intellectũ essent capienda enodare. Si scripsi vt debui/approba tu ꝛ tui. Si ṽo nõ vt debui: ignosce christe tu ꝛ tui: Amẽ.

¶ Finis libelli Joannis de schoenhauia: in quo defendit dicta fratris Joannis de ruysbroech ꝯtra magistrum Joannem de Gerson Cancellarium Parrhysiensem.

Epistola magistri Joannis de Gersõno ad frẽm Bartholomeũ carthus. ꝯtra ꝑdictã defensionem.

B Gratia tibi ꝛ pax vir exemplo Job simplex ꝛ rectus ꝛ timẽs deum. Oblata est mihi nuper sicut nosti/grandis epistola tendẽs saluare modos locutionum positos in tertia parte tractatus cuiusdam intitulati de ornatu spũalium nuptiarũ. Quos ego modos als ꝑ catholice veritatis syncertitate seruanda apud animos minus instructoꝝ ostendi ꝑ epistolã tibi directam/non esse seruandos. Sed quid agim⁹: quo nos inter tot occupatiões ṽtimus? Itaq faciendũ plures libros vel epistolas arguendo vel replicando nullus est finis. Stemus igit̃ infra limites epistole prime et per consyderationes aliquas/facili planoq stilo sumptas/ex eadem iustificatio sua monstretur.

Nobis ad certam regulam loqui fas est: posita est illic sententiosissima hec verissimaq Augustini sententia: que tollit barbaram ꝯfusionẽ linguaꝝ a sacra doctrina. Nam qualis altera esset efficacioꝛ via prohibẽdi edificationem turris dauidice in bonum: ꝙ si fieret nominum vel terminoꝛum pro libitu cuiuslibet variatio. Non enim tunc intelligeret vnus alterum: sed in quadam Babylonis confusione laberemur. Non ergo sufficienter excusatur autoꝛ tractatus illius per suum defensoꝛem/qui sic ait: Et si sit aliquis erroꝛ in dictis suis/ille solum stat in quid nominis: nomina autem sunt ad placitum et ideo talis erroꝛ non est magni ponderis. Si enim sancti doctoꝛes vt Augustinus ꝛ Hieronymus admisissent modos loquendi hereticoꝛum/protinus habuissent pacem cum eis: sed malã pacem. Notetur responsio magni Basilij in casu simili/qui noluit: nec in solo verbo quidem deuiare profitendo catholicam veritatem. Sic nec Hierõnymus de verbo isto omousion: sic alij sine numero. Fuit quidam tempoꝛe meo Scotus/qui respõdendo dicebat patrem esse causam filij: hoc dicebat/id est pater producit filium. Coactus est statĩ reuocare dictũ suũ: nec expositio sua q̃libet admissa est/q̃uis esset ad intellectum suum ꝛ expressionem verissima.

Modus loquendi doctoꝛum si reperiatur impꝛoprius et parabolicus et inusitatus/aut figuratiu⁹ extendi vel in vsuꝫ trahi non debet: sed ad sensum proprium ꝛ non figuratiuum reuerenter exponi. Alioq̃n frustra essent doctoꝛes in theologia constituti ꝑncipaliter ad hoc officium elucidandi sacram scripturam: q̃nam magis atq magis aliter agẽdo cõfunderent. Unde si quis ad vim vocis sustinere vellet ꝙ deus ad liberandum suscepturus hominem/non horruisti virginis vterum: vtiq erroꝛis reus esset. Tolerent igitur patienter homines infẽrioꝛis gradus ꝛ scientie/si dicta eoꝛum querantur ad proprium vsum coartari: non in perniciem doctrine catholice dilatari. Hac consyderatione permotos existimo doctoꝛes nouissimos/Thomam/Bonauenturam/Alexandrum de ales et similes: dum omisso omni verboꝛum oꝛnatu/tradiderũt theologiam per questiones: vt sub certis regulis ꝛ sub ꝑcisa ṽboꝝ forma tutissimã haberemus theologiam tam practicã ꝙ speculatiuã: reducendo doctoꝛes omnes ꝑoꝛes ad vnam securãq locutionis ꝑprietatem.

Unicuiq in sua arte perito credendũ est: hec est rõ cur doctoꝛibus in sacra theologia exercitatis datur autoritas interꝑtãdi doctrinalr̃ sacrã scripturã: quod maxime habꝫ fieri in scholis/doctrinã impartiẽdo his qui taꝫ ingenio ꝙ exercitatione ꝯtinua capaces sunt ad intelligendũ. Cum igit̃ que ponit tertia pars tractatus ꝑnominati sunt de punctis sacre scripture: immo de summa theologia que mystica nominatur

τ quem scholastico more Albertus magnus τ quidam alij claro ꝓprioq; sermone exposuerunt: quis nō mirabit̄ audire ab huius autoris defensore φ hec in scholis non sunt tractanda. Ita vicz nunc publicabunt̄ scriptis / nunc verbis idioma vulgare seruantibus τ apud simplices adolescentulos / apud senes hebetes / apud illiteratā3 plebeculam / apud anus decrepitas: nunc in foro / nunc in angulis: τ viri doctissimi tam ingenio φ exercitio ꝑditi ab alijs recte loquendis: quia scholastici sunt / arcebuntur.

C Qui adheret deo / vnus sp̄us est. Hanc vnitatem nullus sane potest intelligere vel exponere quantūcunq; verba multiplicauerit ad aliū sensum φ per assimilationē3 De qua dicit Joānes in canonica: Scimus φ cū ille apparuerit similes ei erimus. Omnis eni3 modus alter loquendi metaphoricus vel figuratiuus vel hyꝑbolicus vel emphaticus doctorū / vt Dionysij τ aliorū: si non referat̄ ad hanc regulam / repudiandus. Assimilatio aūt non tollit / sed ꝑficit naturam: neq; tollit quod habet creatura in ꝓprio genere: quoniam illud ꝑdere nisi ꝑ annihilationem anima rōnalis nunφ potest: ac ꝑinde sequit̄ φ similitudo adducta ꝑ qualemcūq; doctorē de infusione gutte aque in dolium vini fortissimi ad vnionem aīe ꝯtemplantis cum deo: tanφ fit olmoda similitudo repudianda est ꝓrsus tanφ habens errorem: immo insaniā Almarici ꝯdemnati ponentis creaturā verti in deum τ in suum esse τ pncipiū ideale: sicut notat Hostiensis sup illud capitulum damnamus: de summa trini. τ fi. ca. Deniq; similis fantasia fuit a q̄ Parrhysius tanφ fatua: τ inintelligibilis aduersus vnū Augustinen. dānata.

Deuotio illorum culpanda est qui nitunt̄ inuoluere sententias sermonib⁹ imperitis / ꝑegrinis τ inusitatis: vel eos qui sic volunt laudare atq; defendere / τ defendendo ſāꝑos magis inuoluere φ euoluere. Adducam hoc loco ne mihi soli videar inniti ꝑiculam cuiusdam sermonis facti in caplo vno fratrum carthus. Anno dn̄i. M. cccc. viij. cuius thema est: Videamus si floruit vinea τc. Quartam vero deuotionem falsam. i. vanam τ curiosam illi exercent qui sine mortificatione ꝓprie voluntatis a zelo domino seruiendi vitam sp̄ualem ꝯsistere credunt in ruminatione vel potius fantasiatione rerum sp̄ualium / estimantes hanc ꝑꝑam fantasiationē vel saltē delectationē inde ꝯsequentem deuotionē esse. Unde hi ad hanc ꝑꝑam ꝯsequendam non cōtenti modos loquendi scripture sacre / adinuenerūt sibi vel fingunt de rebus sp̄ualibus modos abstractiores eo φ tales maiorē eis delectationē generent. Plerunq; etiam ob hoc materias satis faciles obscuris modis τ abstractis in quibus delectant̄ obuoluentes aut vocantes humiliationē vel fortassis etiam altam ꝯtemplationem: submersionē in abyssali ꝓfundo: diuinū amorem annihilationē vel in nihilum redactionē: charitatiuum motum mētis in deum: influxum in deum vocantes motus ad op⁹ ꝓpter deum: effluxum a deo: τ sic de alijs ꝯsimilibus: Quis tamē christus / ꝓphete τ apostoli / τ alij doctores scripture sacre tractatores quantū poterant τ expediebat ea que difficilia fuerunt per modos loquendi / fecerūt facilia. Hec reuera falsa deuotio est religiosis periculosissima: quoniam multos vt quotidiana heu docet τ dolenda docuit experientia: qui sp̄uales ac religiosi apparebant / decepit / infatuauit vel penitus excecauit: ita vt fierent in obseruantijs regularibus / quas despexerant de fides: superioribus quos rudes reputabāt rebelles / etiam aliqui fugerent τ apostatarēt. Aliqui etiā hereticarent / vel ante tempus ꝓphetarēt dicentes: hec dt dn̄s: cum domin⁹ non esset locutus. Sed superba vel saltem fantastica capita eorū hec ꝑꝑa cōfixerunt. Aliqui quoq; mirabiles fatuitates extrinsecus in ꝑtensis iubilationibus tripudijs / saltationibus τ huiusmodi ostenderūt. Sequit̄: Quarta deuotio est vinum valde fumosum. i. sup̄bie generatiuum / τ est libidinosū3: de quo mystice τ illa fortassis inbibitio ap̄lica accipi pōt: nolite inebriari vino / in quo est luxuria. Et reuera in hoc ꝑꝑo est spiritualis luxuria: eo φ sic false deuoti non dei cultū τ honorē / sed ꝓpriā q̄rūt delectationē: hec ibi. O si vidisses q̄sq̄s autor fuisti sermonis illius: si vidisses ep̄lam nouiter ostēsam mihi / q̄d dixisses: quid stomachi habuisses?

Amicus Plato / amicus Socrates / magis amica veritas. Peruertit enim affectio nimia ad doctorem aliquem vel doctrinam iudiciū: non solum practicū qd sepissime ꝯtingit / sed etiā speculatiuū: de quo minus videret̄ quasi videlz more pythagoricorū non liceat aliud interrogare / φ si magister hoc dixerit. Tollenda est igitur e medio sicut odiosa ꝯtentio τ infectatio inuidiosa sic ꝑtinax τ animosa huius vel illius doctrine defensatio. Patet autē conscientia mea apud te deus: q2 nullatenus odio cuiuscunq; fueram inductus scribere ea que scripsi. Sed quia verissime tunc mihi videbat̄ sicut τ nūc magis ac magis inspicio modos illos loquendi nimis improprios esse: vn̄ τ sic dixi inter cetera post φ de vnitate ad deum quedam inducta fuerant: Hoc tropo inquā ꝓbat Boetius hominē bonum esse deum: iuxta illud: Dixi dij estis: non q̄dē est veritatem τ vnitatem diuine essentie τ locutionem propriam / sed participatiue τ assimilatiue / immutatiue τ nūcupatiue. Q, si autor iste pari modo respōderit se dicta sua intellexisse de illa vnificatiōe spirit⁹ cū deo: nō ꝯtendo / nō ꝯtradico: sed explicationē aliter sonare nō dubito. Hec ibi. Uide q̄so o lector si modestior esse potuerit sermo me⁹: addito φ postmodū tam v̄bis excusare conat⁹ sum ꝑdictū3 autorē postφ innotuit mihi / φ in alio loco plus expressit φ creatura nullo modo perdit esse suum qd habet in ꝓprio genere: φ si idem inseruisset ad verba tertie partis sui tractatus / non ita prebuisset occasionem errandi τ se culpandi: non solum apud simplices / sed literatos et edoctos. Uidebit hoc quod dico verum esse: qui forsitan inciderit in tractatulum vnum quem de theologia mystica tam speculatiue φ practice conatus sum ordinare: ha D

hens hāc intentionē deducere ad noticiā familiarē ꝛ ꝓpam scholasticoꝝ ea que deuoti hoies de ea magis affectiua declamatiōe ꝛ figuratiua locutione ꝙ̄ litatoria ꝓꝓetate tradiderunt. Notetur locus ille vbi theologia mystica differentiam hanc a literatoria ponitur inter ceteras habere: quia vnit ꝛ transformat.

Alij qui amāt sibi somnia fingūt: ait Virgili⁹. Super hoc dicto cum experientijs ꝛ rōne certa fundaᵗ dictū poris ep̄le mee/ quo ic ponitᵗ: Sicut ex carentia pij affectus/ ꝛ magis ex infectione eius ꝑ vitia/ errant nonnunꝙ̄ peritissimi in sacris: excecauit eñ eos malicia eoꝝ: et dati sunt in reprobū sensum. Ita ꝛ paruo lumine intellectus ꝛ parua instructione in studio lraꝝ etiā secularū q̄ꝫ ꝑsertim in logica ꝓlabuntᵗ: aliqñ in errores ꝑiculosissimos illi q̄ magnoꝝ sunt erga virtutes affectuū: quales ap̄lus vocauit habere zelū sed non ſm sciam: adeo vt si non humilr sapiant: ꝛ nisi sese ꝯtrahant infra metas sue cognitiōis nulli ꝑtinacius inueniunᵗ: neq̄ꝫ absurdius errores ꝯfingere: ꝓpterea non leuiter oportet eos scribere vel docere: sed nec absq̄ꝫ cautela magna adherendū est eis/ nisi ꝑuia discussione diligenti ꝛ doctoꝝ examinatione. In talibus quippe sepe reperimus plurima aut falsa aut male explicata: ac ꝓinde multam erroris materiā ꝑbentia simplicib⁹: ꝙ̄ꝙ̄ in multis diuinissima altissimaq̄ꝫ sint. Addo nunc id quod euenit tempe meo de quadam que ꝓphetissa ꝛ miraculoꝝ opatrix reputata est a multis: quam ꝛ vidi ꝛ allocutus sum: hec tandem dixit ꝛ scribi iussit/ q̄ꝫ sp̄us suus deum ꝯtemplando fuerat annihilatus vera annihilatione/ ꝛ hinc recreatus. Et dum quereretur qualr hoc scire potuerat: respondebat se expertam. Dies mihi non sufficeret/ si numerare vellem innumeras tales insanias amantiū/ immo et amentiū: q̄ꝛ non ſm scientiam quales videntur fuisse begardi ꝛ begarde: quēadmodū in quodaꝫ tractatulo de distinctione veraꝝ reuelationū a falsis memini ꝑdem annotasse.

Docendus non est vel monendus/ q̄ errorem suum defendere mauult ꝙ̄ corrigere Hoc Oratius posuit in fine poetrie sue. Exigitur igitur correctio seuior si sic iterum fuerit pugnator ad saluandā tanꝙ̄ ꝓpriam hanc verboꝝ impꝛoꝑetatē. Quo pacto sit vel quo ordine postulandū/ quippe videbiᵗ ordinarij ꝛ inq̄sitoris iudicium: q̄m parua radix ꝑegrini⁹ sermonis serpit vt cancer: ꝛ modica erroꝝ scintilla (sicut in Arrio patuit) dum non ꝯuenienter oppꝛimiᵗ vel excitatur/ magnā erumpit in flammam. Sic nuper actum est parrhysius ꝑ sacrā theologie facultatē adversus illos qui doctrinā quandā ꝑegrinā Raymūdi lulli conabanᵗ inducere: que licet sit in multis altissima ꝛ verissima: q̄ꝛ tamen in alijs discrepat a modo loquēdi doctoꝝ sacroꝝ/ ꝛ a regulis doctrinalis sue traditionis ꝛ vsitate in scholis: ipsa edicto publico repudiata ꝓhibitaq̄ꝫ. Dicā ꝫ q̄ꝫ sentio/ si tales locutionū modos publicari ꝑciperē apud almā vniuersitatē ꝑrhysień. vel ꝑ sermones vel ꝑ scholas; deducerē ꝓtin⁹ ex officio cui indign⁹ deseruio/ ad censurā theologice facultatis vt examinareᵗ: ꝛ examinata suū q̄le mereret iudiciū/ sortireᵗ. Bene vale pater eremite: memor mei in orationibus tuis.

¶ Finis scd̄e ep̄le Joannis de Gerson ꝯtra dicta fratris Joānis Ruysbroech/ in tertia ꝑte tractat⁹ sui de ornatu sp̄ualiū nuptiaꝝ.

Lectiones due perutiles sup Marcū: ꝛ ad ꝯmēdationē ꝓpositi nr̄i et voti multum faciūt ꝛ valent: doctoris Joānis de gerson cācellarij ꝑrhysień.

Sicut scriptū est in Esaia ꝓpheta: Ecce ego mitto angelū meū añ faciē tuā q̄ ꝑparabit viā tuā añ te. Textus ꝑhs hodierne lectiōis ſm diuersas pūctuatiōes ꝛ postillaꝝ snias ad ꝑcedētia ꝛ subsequētia varie coaptaᵗ: nā q̄ꝛ autoritas ista/ Ecce ego mitto angelū meū: nō de Esaia/ sed de Malachia/ Malach. iij. sumpta ē referri posse dixerūt q̄dam hāc ꝑticulam sicut scriptū est in Esaia ꝓpheta/ ad illud q̄ꝫ immediate ꝑmittiᵗ tanꝙ̄ in eius ꝯfirmationē atq̄ꝫ fulcimētū: vt sit sensus: Initiū euāgelij iesu christi filij dei. i. q̄ fuit filius dei. Et quasi par sibi absq̄ꝫ ꝓphetico testimonio istud posuisse addidit: sicut scriptū ē in Esa. ꝓpheta. Potest eñ ab hoc ꝓpheta trahi christū fuisse deum atq̄ꝫ dei filiū: vel q̄ꝛ vocat⁹ est emanuel Esa. vij. ꝛ. liij. Generationē ei⁹ q̄s enarrabit? De eterna eius a patre ꝓductione dictū est/ ꝛ ex ꝑmo capitulo ꝛ alijs ibideꝫ elicitur. Dissoluitur hoc modo impia Porphyrij heretici blasphemia: qua nisus est ꝓbare euangelistā nostrum damnare mendacij: quia illud quod dictum est: neq̄ꝫ tamen coartat talis obiectio vt ad hanc expositionē fugiam⁹

¶ Constat itaq̄ꝫ prophetas omnes vno ꝛ eodem spiritu suas contexuisse prophetias: ac perinde q̄ꝫ vnus posuit (quia non tam ip̄e ꝙ̄ spiritussanctus loquebatur) potest ab altero (qui similiter est spiritussancti instrumentū) intelligi quodammodo dictū seu positum: ꝛ si non explicite/ tamen implicite. Dicunt igitur alij vel ijdem aliter duas in textu particulas a duobus prophetis excerptas. Prima est Malachie tam sensu ꝙ̄ verbis. Secunda est Esaie/ que cum prima similē satis explicat sententiam: vbi diciᵗ vox. Et quoniā Esa. ꝑncipalior fuit atq̄ꝫ famosior ꝛ legentibus notior: quia insuꝑ finis plerūq̄ꝫ tam totam denominat/ placuit euangeliste nostro qui etiam breuitati studebat: nō duos prophetas/ sed vnum ꝛ hunc maiorē nominare. Et sub hoc sensu recepit ecclesia siue originale Marci euangeliū sic habuerit/ vt tenet Beda in cōmento: siue a quibusdam non recte scribētibus additum fuerit: quēadmodum sensisse videᵗ Hieronym. super ꝑs. ¶ Incipit igitur ſm hunc expositionis modum euangelista noster suam texere rōnem: vbi notandum occurrit quod ait in ꝯmento: Scripturus inquit euangeliū marc⁹ ꝯgrue ꝑmo ponit

omniū testimonia pphaꝝ q̄ hoc futuꝝ p̄cinebant
vt eo cūctis vīa ⁊ sine scrupulo dubietatis sustinē-
da que scriberet: intimaret quo hic a pphis spūsan
cto impletis antea p̄scita ⁊ p̄dicta esse mōstraret: si
mulq̄ʒ vno eodēq̄ʒ euāgelij sui p̄ncipio: ⁊ iudeos q̄
legem ac pphas susceperāt, ad suscipiēdū euāgelij
sacramēta q̄ ipoꝝ pphe p̄dixerāt, instituit. Et gen
tiles qui p euāgelij p̄conia ad deū venerāt, ad au-
toritatē quoq̄ʒ legis ⁊ pphaꝝ suscipiendā venerā-
damq̄ʒ puocaret. ¶ Hic instruimur dicta nostra
sacraꝝ scpturaꝝ testimonijs roborare: q2 paꝝ igni-
nitū est ⁊ mi9 efficax verbū qd̄ non incaluerit ⁊ ful
citū fuerit ab eloquio dei, qd̄ est ignitum vehemen
ter: ⁊ nisi viuificatum fuerit a sermone eius qui est
viuus ⁊ efficax s̄m ap̄lm, ⁊ penetrabilior omi gla-
dio ancipiti. Non tamen estimo curiositatē in al-
legationib9 hmōi p̄sectandā: sed quouiq̄ʒ p̄sunt
studiosis ⁊ edificant charitatē: alioq̄n cumulus ille
trīcataꝝ autoritatū male ꝯgestus, ⁊ informis con
geries allegationū sine origini non ꝯuenientiū q̄d
pficit: nisi fortassis ostentationē operatur. ¶ Sꝫ ne
q̄ʒ sunt inculpabiles qui pphanas postpositis le-
ctionib9 sacris toto ore p̄sonāt: totis viribus am
plectuntur: sicut scriptum est p Esaiam pphām.
Non in philosophis, non in poetis ⁊ fabulis: sed
in pphetis. ¶ Ubi p̄ter hec eliditur impia mani-
chei blasphemia: quia sic delirare ausus est vt dice
ret pphas veteris testamēti a deo tenebrarum mis
sos esse. Quod si verum esset sicut nō est, nunq̄ ve
ritatis notarius euangelista noster eundem euo-
casset in testimoniū narrationis sue. Nihil enim
roboris habet verbum illius qui pater est menda-
cij. ¶ Sed in hoc loco ꝯuenienter essent improbā
di qui pphas veros aut ꝯstellationibus imputant
quēadmodū Auicenna, Albumasar ⁊ alij nonnulli
aut qui execrabiliori deliramento pphetas fabu-
lant magicam artē exercuisse, tanq̄ medium adipi
scendi p̄cognitionē occultoꝝ: verum super his olī
latius tractabimus si deus annuerit. ¶ Nunc au-
diamus quid in Esaia ppha scriptū est: Ecce inq̄t,
ego mitto angelum meū. Non dubiū quin Joan-
nem baptistā: qui vt Beda ait, angelus vocat non
societate nature, iuxta heresim Origenes: sed offi-
cij dignitate: quo nōie recte appellari pōt homo il
le qui fuit missus a deo vt testimonium phiberet
de lumine: ⁊ venientem in carne dn̄m mundo nun-
ciaret: quia angelus nuncius appellatur. ¶ In h̄
quod p̄mittitur ecce notat ex demonstratione grā
dis ⁊ insolita nouitas. In hoc quod subiungitur,
ego mitto: datur intelligi ex maiestate mittentis
dei missi magna dignitas. Dehinc p̄sens pro fu-
turo ponitur: q2 inconcussa erat tanq̄ de p̄senti sie
ret certitudo demonstrationis atq̄ʒ stabilitas. Joā
nes insup non q̄cunq̄ʒ, sed angelus suus. s. dei. At-
tende p̄rimitatem cum ait, ante faciem tuam: vt
eius puritas, integritas ⁊ sanctitas cōmendaretur
Postremo officium eius honorificū designat, qui
p̄parabit viam tuam ante te. Quam viam si forte
quesieris: Respondet Chrysost. ⁊ inferius dat in-
telligi. Uia dn̄i qua ad homines ingredit, peniten
tia est: p quam deus ad nos descendit: ⁊ nos ad il-
lum ascendimus. Uñ angeli ascendētes, descendē
tesq̄ʒ memorant sup filiū hois. Hec est secūda lo-
quēdi materia: hoc vnū tm̄ ad p̄ns dilatemus, quo
pacto Joannes angelo sil̄s phibet. Et p̄mo si vir
ginitas Joānis attēdit, subidit illud Hieron. ad
Paulā ⁊ Eustochiū, q sp angelis est cognata vir
ginitas: ⁊ q in carne p̄ter carnem viuere non ter-
rena vita est, sed celestis. ¶ Conuerte oculos fidei
ad v̄tutes Joannis: non vnā tm̄modo, sed q̄libet
bet angeloꝝ hierarchiā videbis in eodē figurari
Inflāmauit itaq̄ʒ eum charitas, vt esset silis sera-
phin: q̄netiam alios in amorē diuinū ardore exar-
descere suis p̄dicatōibus admonuit. Si sapienti-
am eius attēderis, nunq̄d cherubin parem dices?
Si spūalem in executione v̄tutū potētiā, nōne cō-
similē ipm ptāti designabis? Si pacatissimā ani-
mi sedē, nunq̄d thronos in ipo repies? Fuit enim
vis ei9 ꝯcupiscibilis inflāmata p charitatē: vis rō
nalis illustrata ⁊ edocta p sapiam, vis irascibilis
p potētiā ⁊ v̄tutes roborata. Charitas impabat,
ꝯsulebat sapia, potētia ꝯfirmabat. Hic est supmus
ternarius hierarchicus bene velle scire ⁊ posse: hec
trinitatis supcelestis imago, potētia, sapia ⁊ boni
tas seu volūtas: Porro in Joanne fuit tanq̄ i do
minatōibus vltimitas subiectionis ⁊ iocūdissime
ac fidelissime seruitutis ad deū, liberaq̄ʒ magnificē
tia oīm subiecta alteri p2sus aduersa. Fuit p̄terea
sicut in p̄ncipatib9, ita ⁊ in Joanne eminētia incor
ruptibilis rectitudinis in suo regimine eminentia
etiam inuincibilitatis tanq̄ in potestatibus. Por
ro vltimitas q̄dam v̄tuositatis eum similem red-
didit v̄tutibus. Deniq̄ʒ puidētissima cura quā in
p̄parañe vie dn̄i ad hoies exhibuit, ostēdit q̄ rōna
bilr archāgelis ⁊ angelis cōparet. Qua in re chri
stus infallibilis autor v̄itatis pphiam hāc textus
nri ad Joānis ꝯmēdationē iducebat Mat. xi. ⁊ Lu
ce. vij. Hic inq̄t est de quo scptū est: Ecce ego mitto
angelū meū q̄ p̄pabit viam tuā an̄ te. ¶ Quocirca
non penit9 absurde videri posset aliq̄bus q charit
tas infusa ⁊ sapia cetereq̄ʒ v̄tutes enumerate abū
danti9 a Joanne p̄cipate sunt, q̄ ab angelis. Nā
quāto potētia naturalis debilior in se est ⁊ mino-
rem habēs capacitatē, tāto ad ipsius eleuationē ⁊
dilatationē quandam spūalem virtus infusa copi
osius exigatur. Q2 autem Joannes vtpote homi-
nis inferior angelis natura sit, ꝑspicuuꝫ est. Ad qd̄
forsan tendit illud christi Luce. vij. vbi cum dixis
set: Non surrexit maior inter natos mulieꝝ Joan-
ne baptista: addidit: Qui autē minor est in regno
celoꝝ, maior est illo: q̄d q̄ aūt ⁊ de gratuitis id intel
ligi poterit. Neq̄ʒ eñ charitas vie seu virtus alte-
ra virtutibus patrie coequatur. Et de Joanne q̄-
dem glorificato nunc loquimur: quem ad supre-
mum ordinem sublimatum neminem arbitror do
ctorum ambigere. Huic sententie suffragatur il-
lud Hierony. vbi prius: In carne angelicam glo
riam querere maioris est meriti q̄ habere: cum ali
us nitit obtinere cum gratia, qd̄ habꝫ angel9 a na
tura. Addo aliud nō p̄tereūdum: quēadmodū non
nulli Joannē esse in p̄ma hierarchia supmū sic ve-
nerari conant. Ruina inquiūt angeloꝝ ex homini

bus repaľ: ꝛ ↄsentaneū est rōni vt sedē supioris loci vacātis ꝑ deiectionē ꝛ apostasiā luciferi illi cōtinerit altissim⁹, quo inter natos mulieꝝ nemo surrexit maioꝛ. Si igiť lucifero oū stabat suꝑmā ĩ vltimo oꝛdine sedē Grego. attribuit: suꝑmā illā nūc obtine. is quē in ipsi⁹ locū successisse innuit veritatis assertio.

Lectio secunda.

G Vox clamantis in deserto, parate viā dñi: rectas facite semitas ei⁹. Magna est ꝓphetaꝝ inter se ↄcoꝛdia: ꝛ ↄcoꝛs in diuersis etiā ꝓphetis sñia eodē qppe spū docēte loquti sunt: et ad vnu ..nē q chꝛist⁹ est, respexerūt. Finis eñ legē ſm apſm est chꝛist⁹. Quāobrē Act. iij. dicebat Petrus de chꝛisti tp̄e, ꝙ oēs ꝓphe a Samuele ꝛ deinceps q̄ loquti sunt, annūciauerūt dies istos. Itaqꝫ nō oꝑosum est intueri q̄ntū inter se ↄueniāt, h̄ vbū Esa. xl. ꝛ illud p̄missuʒ de malachia. Illic Joānes dicebaľ mitti añ faciē chꝛisti, ad parādū viā ei⁹: hic ecce inq̄t ego q̄si iā missiōis sue executoꝛ ait: Vox clamantis in deserto parate viam dñi ꝛc. Sed cur ioannes vox dicaľ ꝛ nō verbū: Beda aperit: Constat inquit ꝙ vnigenitus dei filius verbū vocaľ patris Joanne attestāte, q̄ ait: In p̄ncipio erat vbū ꝛc. Ex ista nostra locutiōe cognoscim⁹, ꝙ p̄us vox sonat vt verbū postmodū possit audiri. Joannes ḡ vox a ꝓpheta ď: q2 verbū p̄cedit. Aduentū itaqꝫ dñi cū ioannes p̄currens vox ď: q2 ꝑ eius ministerium patris verbum ab hominibus audiľ: hec ille. Unigenitus siq̄dem dei filius ꝑ modū verbi ꝑfectissimi ꝛ sententiosissimi a patre in eterna ḡatione ꝑducıľ: in quo pater dicit seip̄m: qui ꝛ exēplar est formosissimū oīm ad extra ꝑducibiliū. ¶ Quia verbum hoc in sua maiestate absconditū ꝑ ioannē reuelatū est hoībus: ip̄e non absqꝫ rōne vox ď ꝗ ꝑ exteri⁹ signū p̄dicationis interius signat mysteriū ḡatiōis. Hinc p̄co iudicis, hinc lucerna ardēs ꝛ lucēs, hinc nūcius vel angelus, hinc p̄cursoꝛ appellaľ. Hec officia tunc suscepit ꝛ ꝑegit dū viueret p̄dicādo, nūc illud idē in suis deuotis opaľ suis meritis ꝛ oꝛōnibus ad chꝛisti gratiā noticiāqꝫ suscipiēdā salubꝛiter inspirando. Uis nosse verbū quod apud patrē manet abscōditū, q̄ lucem habitat inaccessibilē? Dices volo: ↄuerte p̄ces ad ioannē: hic nēpe vox est verbi ꝛ index ei⁹ ꝛ p̄co. O vox delectabilis ꝛ ꝑeunti mūdo supexcellēter amabilis. Uoces p̄oꝛes erāt luctus ꝛ gemit⁹ ꝑ calamitatibus et angustijs: aut erant insani freneticoꝝ risus inter pestiferas voluptates ꝛ in p̄ūcto desituras ꝛ abituras ĩ infernū delectatōes. Hec vox fuit p̄nie salutarē vox doctrine ꝛ libertatis, vox turturis post imbꝛeꝫ vox ↄfringens cedros. i. sup̄bos p̄harıseos. Sed vox dulcis ꝛ suauis, hūiles alliciēs: vox absqꝫ balbutie mēdacio, vox absqꝫ raucedinis simulatorie vitio: deinceps vox ꝑ oēm modū virtuose resonationis, canoꝛa, viuax ꝛ iocūda: vox ad postremū foꝛtis, vehemēs ꝛ audibilis: qm̄ vox nō est q̄cunqꝫ, sꝫ vox clamātis. Obsurduerāt nēpe iudei quos alloq̄baľ: ꝛ obturauerūt aures suas instar aspidis surde vt nō audirēt vocē īcātātis sapiēter. Nil ꝓpterea mirandū si vox clamosa ad eos mittebaľ. Clamosa dico: non tam strepitu ꝛ aeris verberatione exteriori, ꝙ ꝓpter latentē energiam in ipsius viue vocis actu reconditā. Sciebat eñ dictū esse p̄dicatoꝛi cuilibet: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. ¶ Qualr̄ fiat? Rn̄deo ꝙ ꝑ vite meritū ꝛ ꝑ vim interioꝛis gratie ꝛ feruide charitatis ex q̄bus reddiľ quodammō vox ip̄a viuax, ardens ꝛ foꝛtis ꝛ lucens: ꝛ ꝓ sui intelligibilitate clamosa. O ꝙ multi nr̄e etatis vľ nō clamāt, facti canes muti nō valētes latrare: vel si clamoꝛ foꝛsan est in voce plus ad aures coꝛꝑis demulcēdas vel exasperandas exhibeľ, ꝙ ad aures coꝛdis expergiscēdas, instruendas ꝛ leuandas ꝑficiat. Dissimilis vox Joānis q̄ vox est clamātis: a quo cōmota sunt suꝑliminaria cardinū: put de seraphin apud Esaiam scriptum est Esai. vi. Supioꝛa cardinū mystico intellectu in hoīe supioꝛes ꝑtes accipe possum⁹, q̄ sunt rō ꝛ volūtas: ꝛ hec suꝑliminaria a voce clamātis cōmouenľ, dum ad bene agendū virtuosa ↄcussione spūssancti impelluntľ: ꝛ scđō castoqꝫ timoꝛe ↄtremiscunt ¶ Notandū ꝙ ly clamātis p̄t referri ad chꝛistum: cuius clamoꝛ triplex repiľ in scriptura: in resurrectione Lazari, in expiratione, ꝛ dum inuitaret sitientes ad aquas spiritales. In triplici eñ deserto clamauit, in vtero v̄ginis, in mūdo hoc ĩſalī ꝛ in mūdo mystico seu moꝛali aīe rōnalis: sed quoniam alia magis placet expositio, hanc non p̄sequoꝛ. ¶ Adiuimus igiľ de voce ioannis ꝛ ei⁹ foꝛmatiōe clamosa, audiamus de loci qualitate: vox clamantis in deserto. Est aūt multiplr̄ intelligere hoc desertum, ꝛ p̄mo ſm ĩſalem sensum locus est materialis ꝛ ioꝛdanis: mystice vero est ip̄e populus iudeoꝝ: quēadmodū Bede ꝛ Hieronymi verba declarāt. In deserto (inquit Bede) ioannes clamat: quia derelicte ac destitute iudee solacium redemptionis annunciauit. Et Hierony. Clamabat ad iudeos surdos propter peccata longe positos ita desertos indignatione clamoꝛis dignos. Deserti quippe erant a spiritu dei sicut domus vacās ꝛ scobata: ꝛ deserti a ꝓpha, lege ꝛ sacerdote. Possumus deinceps foꝛsan desertū aliud inuenire vbi Joannes vox clamantis audita est: ꝛ hic est limb⁹ patrum ad quem moꝛiens Joannes descendit, vt eum inferis nunciaret, quem in terris positus indice monstrauerat. ¶ Et quoniam suberit locus ad loquendū amplius de deserto transeo ad id quod sequitur: Parate viam domini ꝛc. Parat viā domini qui bene docet ꝛ p̄dicat. Sed si vitiose distoꝛteqꝫ vixerit, non rectas facit semitas eius. Parabant viam dñi scribe ꝛ p̄harisei: de quibus ait chꝛistus: Que dicunt facite. Sed ex eo quod additur: Et que faciunt, nolite agere. Conclusio, ꝙ non rectas faciebant semitas eius. D ↄ si quis interrogat que est via domini? Responsio illam esse quā ꝓpheta cucurrisse gratulabaľ cum diceret: Viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri, cum dilatasti coꝛ meum. De qua Esaias: Hec est via dñi, ambulate in ea: non declinantes ad dexteram ꝑ indiscretū feruoꝛē neqꝫ ad sinistrā ꝑ remissum toꝛpoꝛem. Et bene ait ꝓ

pheta cucurri. Non est pigritandū cū dies sit parua & dieta magna: nec sit infra paradisum mā̄sio secura. ¶ Atuero notāde sūt cōditiōes vie dn̄i: quā eas cognitis melius ipsa parabit. Habz siquidē mūdus viā suā: & hec est lapidosa & vndiqz spinis/vepribus vrticisqz curarū mordaciū & solicitudinum animas nostras suis aculeis lacerantium atqz dissipātium respersa: quāquā aurea a quibusdam argēteaqz videat: per eaz ābulantes suscitāt sibiipsis puluerē importunū oculis spiritalibus: & serenitatem mētis pturbātes ne quo labat̄ iteritu valeat intueri. Habz caro viā suā: & hec herbosa iocundaqz nitet introeuntibus eā: sed latet anguis in herbis: anguis. s. dolorose penitudinis/anxietatis: sed & lutosa colluuione tota intus respergit. Habet demon viā suā que est tenebre & lubricum: & prruptis circumqz cautibus pōpaticorū statuū vallata: vbi supbi tolluntur in altuz vt lapsu grauiori ruant. Et ppheta: Allisisti eos dum alleuarentur. Habet autē dn̄s viā suam: hec est munda/decens & pulchra. Prouer. iij. Vie eius vie pulchre. Et Esa. xxxv. Erit ibi semita & via sctā & non transibit pollutus per eam. Et in ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. Et insuper: Via ista via eqtatis & iusticie: quā sapiens expostulabat: Eccli. xvij. Da nobis dn̄e viam iusticie. Et ne ab ea diuertemus monebat ppheta: Apprehendite disciplinā ne pereatis de via iusta. Et preterea viā veritatis elegi: iudicia tua non sū oblitus.

J ¶ Sūmo autem studio animaduertendum est qd alibi per eundum pphetaz dr̄. In via ait in q̄ ambulabam abscōderunt supbi laqueū mihi. Et rursus: Iuxta iter scandalum posuerūt mihi. O quot laqos/quā multiplicia scādala ponit aduersarius noster in via hac q̄ ambulamus.: & ne dephēdat spūs virtutis aboluit ambulans aliis per viam iusticie ptendunt ei pfestim scdo laquei: vnus ad dexteraz quatinus rigorē seueritatis crudelr exerceat: alius ad sinistrā: vt in degenerē secordiā per nimiā miscdiā timidus plabat. In via humilitatis abscōdit laqus stulte deiectionis & desperationis pessime. In via āt magnanimitatis laqus est vane psumptionis & detestabilis supbie. Si viā frugalitatis itrogressus fueris: abscōdet illico diabolus sordide tenacitatis laqueuz. Si rursus ad liberalitatem gressus tuos cuerteris: non deerūt pdige psumptionis insidie Solitudinis & ptemplatiōis via si a te querit/caue fantasticas illusiones obumbratas specie quadaz visionum altarū seu reuelationum/vel psolationū in solitarū: qualibus anima nōnunquā turpissime delusa & derisa detinet. O, si actiua magis placuerit: vide ne curis huius seculi debriatus/in omnia corruas inimici vincula laqos & retia. Ne preterea illud scādalum incurras si non psperè cuncta successerint: de quo Hiere. xij. Quare via impiorū psperat Sic in singulis facile ē inspicere quo āplius sollicitudinem geramus ad parādum viā dn̄i: & laqos inimici vbilibet ptēsos declinādū. ¶ Et pfecto nullum aliud cōsiliū ē salubrius: nullū prsus aliūde refugiū quā vt parui simus in oclis nostris: & humiliemur sub potēti manu dei: vt timidi sp ac pauidi inueniamur. Verissimum siquidem est oraculū illud diuinū qd audire meruit Antonius. Qui dum vidisset in spū tot laqos: & suspirans expauisset dicens: Quis hos euadet? Respon sū est/humilitas. Quippe humilitas tam gracilis est: tā extenuata & tam nihil habēs quo teneri valebit: vt frustra iaceat rhete vel laqus per comphēsione ipsius. Sic minuti pisciculi maculas rhetis transiliunt: & dephendunt grossiores. Sic sm poeticam fabulaz Antheus ab hercule nunquā victus est/dum terre heset: sed per inane leuatus cōtinuo strangulatus interijt. Quā accurata & pfunda estimatione cōphenderat h̄ Hieremias ppheta: Hierem. x. Scio dn̄e qz nō est hominis via eius: nec viri ē q̄ ambulet & dirigat gressus suos. Quippe ē via que videt homini iusta: & nouissima eius ducunt ad mortem: vt sapiēs ait. Erubescant igit pelagiani supbi et ingrati gratie dei: & resipiscentes audiant: qz non est hominis via eius &c. Qualiter ergo obediemus voci clamātis: parate? Certe per humilitatem ostendens/q̄ gratie mater est: quomodo sancti sancteqz oēs. Hinc est illud: Dirige domine deus meus in pspectu tuo viaz meā. Et iterū Deduc me domine in via tua. Et Tobias ad filium: Consilia tua in ipso pmaneant: & pete ab eo vt vias tuas dirigat: & similia. Hoc modo paremus domini: viam regiam & liberā: viam artā q̄ ducit ad vitam: ne forte vobis verū fiat illud pphete: Dimisi eos sm desyderium cordis eorū &c. ¶ Quinetiam facite rectas semitas eius. Quō rectas? qz nimirū in circuitu impij ambulāt: sed rectitudo pios decet. Recurue atqz retrograde instar cancri illi viā pagrant/q̄ ad seipsos amore pprio tracti ptinuo reflectuntur: & quocūqz pgunt gressibus affectionū extra semeipsos nō longe exeunt: qz circa palum pprij cōmodi colligati sunt catena quadam amoris & cupiditatis quēadmodum vrsos ligare solent histriones: aut sicut equi circa molam assidua agitatione puoluunt. At econtra pij & iusti recto itinere tendunt in deum & magis ac magis ipm intrant amorisqz pedibus ad ipm sine quis retorsione ad semetipsos facta gradiunt. Aliq viam ad pcepta referunt: semitas ad psilia. Per viam generalr oēs incedere & eā parare necesse est: semite aūt pfectos recipiunt aut quodam compendio ad pfectionem introducūt. Vel si viā domini & semitas eius ad idē spectare dixerimus adiuuabit nos p hac expositione Grego. qui pcepta dn̄i & multa esse dicit & vnuz multa in diuersitate opis: vnum in radice charitatis: quoniam finis legis dilectio. Si parauerimus igit viam domini q̄ est charitas: tunc rectas faciemus semitas eius: adimplendo iuste digneqz pcepta. Vel parare dicitur viam domini qs faciendo qd in se est per attritionem: sed postquā infusa est gratia iam rectas facere pōt in eius virtute semitas dei Fac interim qd potes parando viam dn̄i: vt tandem possis eo miserante rectas facere semitas eius. Vel vt pdictum est pare viam domini ad pdicatores respicit: & rectas facere semitas eius communiter ad omnes: sed oportet pdicatorem prius in seipso rectas facere semitas dn̄i: quā inefficaciter progredi audeat ad parandū viam eius circa alienos. Alio qn pparabit cancro q̄ cum reptando retroqz cedē

do hac atq; illac oberret (dicit in fabulis) aliū can
crum monuisse vt recte incederet. Cui q̄d aliud re
spondendendū erat q̄ vt prior rectū iter ostēderet?
Si ductor gregis aries nō rectas faceret semitas
suas: gregi cetero qualiter viā parabit. Ducet po
tius in p̄cipitiū ꝛ ruinā: quēadmodū si cecus cecū
duxerit ambo in foueā cadunt ſm dictū veritat̄.
Et hec est ꝓ dolor causa nō mediocris / quare tot
paruuli deserunt iter veꝝ: ꝛ ambulant ꝑ vias tene-
brosas / difficiles ꝛ asperas. Ductor nempe rar⁹ est
q̄ rectas faciat ante eos semitas: sed sicut popul⁹ /
ita ꝛ sacerdos: ꝛ vtinā nō deterior / turpior ꝛ perdi-
tior sacerdos q̄ populus. Hinc Joannes qui vox
erat clamātis in deserto ad parandū viā dn̄i p̄us i
seip̄o rectas fecit semitas. Castigauit corpus suū ꝛ
in seruitutē redegit: ne cū alijs predicaret ꝛ ip̄e re-
probus efficeret: ne q̄d docebat verbo / dissiparet exē
plo: ne pleno ventre de ieiunijs disputaret: et certe
difficile est / imo impossibile / vt q̄ viā virtutis bene
opando nunq̄ ingressus est / nunq̄ expertus est sciē-
tiā / declinādi pericula vie circūspiciendiq; insidi-
as efficaciter doceat illos q̄d nescit: nec didicit qui
dē: proferet fortasse verba plurima de virtutib⁹ qua
si cecus de coloribus / vel pica garriēs disputabit:
sed longe aliter docent̄ lecta vel audita: aliter ea q̄
operib⁹ ꝛ experiētia cognouim⁹. ¶ Propterea ve
nit Joānes viā penitētie docturus holes. Hec est
p̄ma veniēdi ad deū post lapsum via / illaꝝ p̄mitus
strēnue fortiterq; ꝑagrari ꝛ p̄usq̄ doceret iniquos
viā dn̄i prouidit ne iniquos haberet in ꝓprio corpo
ris regno seruos: ꝛ qui libertatem a peccato doce-
bat / ip̄e liber ꝛ rex haberet. Qualiter oro ꝑ doctri
nā alijs recte p̄sidebit / q̄ seruituti ꝛ sordidissime ser
uituti subiacet: ꝛ mancipiū corꝑis effectus est p̄us.
Insuꝑ Joānes p̄us hausit ore cordis aperto fluē-
ta gratie celestis q̄ satageret in alios loquēdo dif-
fundere: ꝛ q̄ alios ad amorē eterne felicitatis succē
dere venerat p̄us in se ꝑ sancte meditatiōis studiū
ꝛ vehementiam desyderij celestis feliciter exarsit.
2 ¶ Quocirca resumo cōclusionē al's positā q̄ vi-
ta Joānis fuit angelica ꝛ inter viatores post chri-
stū ꝛ matrē eius ꝑfectissima. Deducet̄ ista ꝯclusio
tum ex sublimitate ꝓphetādi: tū ex austeritate vi-
uendi: tū tertio ex multiplicitate merēdi. Itaq; ꝓ-
phetia Joānis mirabilior fuit q̄ alie certior ꝛ cla
rior. Mirabilitatē vide duꝫ puer infans adhuc in
vtero sextē mēsem agēs sic illustratus in rationabi
li virtute: vt p̄sentiā nouiter concepti saluatoris et
agnosceret: ꝛ gestibus exultatiōis / q̄ verbo nō po-
terat / nūciaret: nec ip̄e tm̄modo ꝓphetauit / sed et
ꝓphetandi sp̄m vtriq; parēti ꝯtulit. Inde est can
ticū illud ecclesie: Uentris obstruso positus cubili
senseras regē thalamo manentē. Utrū ſm vatici-
niū Hieremie hinc sterilē gestāte in vtero prophe
tantē iā puerū Jesus puer erat olim q̄ vnq̄ extite
rit corporalib⁹ lineamētis minor. Alioquin vel tu
muit statim vterus virginalis post nūciationē an-
geli: vel nō viuificatus ꝛ formatus repēte Christ⁹
cū Maria r̄ndit: Fiat mihi ſm v̄bū tuū: ꝛ vtrūq;
falsum est. Nā q̄uis Maria cū festinatione ascen
disset in montana post angelicā visionem / dicta est
nihilominus mater dn̄i. Et vnde mihi (inquit hel[i]
sabet) vt veniat mater dn̄i mei ad me? Et si mat̄ iā /
tūc erat filius. Porro Joānes hūc ꝛ talē puerū nō
corporali visione / sed illustratiōe ꝓphetali cogno
uit / salutauit / adorauit. Et hec est singularis et su-
pra modū mirabilis ꝓphetia cui par in alio homi
nū nulla reperta est: ꝓpterea quo ad hoc maior io
anne nemo surrexit: qui in deserto etiā vteri steri-
lis vox clamātis inuētus est. ¶ Attendamus in su
per claritatē certitudinēq; ꝓphetie sue: dū iam ex
vtero natus ꝓdijt / ꝛ venientē ad se dn̄m digito de-
monstrauit. Ceteꝝ tantū (cantat ecclesia) cecinere
vatū corde p̄sago: vt in illo quoq; deserto vox cla-
mātis existeret. ¶ Deniq; Joānes moriēs patri-
bus illa sedētibus in tenebris nūciauit: quod qua-
li lingua / qualive sermone factū est / nō paruꝫ est
questio. Qualiter etiā vixit ip̄a ioānis aīa cū cete-
ris in limbo iustoꝝ / ꝛ an alioꝝ scientiā / fidē / spem ꝛ
charitatē ceterasq; virtutes sua denūciatiōe adau-
xerit: aut vtrū sua p̄sentia clarifica eosdē illustraue-
rit: grata est / sed parū a doctis tradita est materia.
Et de locutione siqdeꝫ cōmunis est difficultas: de
angelis / de alabus separatis / saluatis seu damna-
tis: qualis est hec. Idcirco pronūc sufficit aperire
q̄d mihi probabilius faciliusq; videt̄ cū paucis ꝛ q̄
busdā antiquoꝝ. Imaginor igit̄ quālibet substan-
tiam separatā liberā esse: tā quo ad motionem ob-
iectalē sui ꝛ eoꝝ q̄ in ea sunt / q̄ etiā quo ad recepti-
onē influx⁹ seu motionis cuiuslibet extrinsece ob-
iectalis: ita vt rōne p̄mi quelibet posset dici tabu-
la / quedā l̄ris plena / seu liber inscriptus: que tabu-
la ꝛ qui liber pro libitu nūc aperiunt̄ / nūc claudū-
tur: nūc parū / nūc multū: ꝛ dū aperit̄ a libero arbi-
trio / liber substātie huius separate ip̄a dicit̄ loq̄:
dū claudit̄ est in ea silentiū. Uoco aūt claudere hic
ꝛ aperire nō ꝓprie / vt in materialib⁹ fit: sed simili-
tudinarie dū motio obiectalis intētionū existētium
in substantijs separatis suspendit̄ a voluntate: vel
dū rursus ab eadē extra agere seu radiare ꝑmittit̄.
Et taliter q̄dem imaginat̄ locutio substantiarum
separataꝝ: q̄ nihil aliud est q̄ manifestatio libera ꝛ
intelligibilis sui vel eoꝝ q̄ in eis sunt: q̄ locutio tā-
to est vehemētior ꝛ clamorosior / quanto intelligi-
bilior atq; apertior. Iuxta quod Joannes merito
vox clamātis vocatus est. Simile per omnia quo
ad auditionē intelligere possumus: ponēdo liber-
tatē in recipiēdo per aures mētis motiones hm̄ōi
obiectales: quēadmodū si esset speculū vsq; quaq;
politum respectu cuiuscūq; radiationis luminose
suꝑ ip̄m incidētis. Hoc modo Joānis anima loq̄
potuit in limbo: ꝛ sic audiri ip̄e vox clamantis in
deserto. ¶ Et quoniā sancti patres incole limbi D
deserti / ꝛ hō̄ deserti ꝛ a felicitate alieni: cupide mul
tumq; de sua liberatione certū aliquid audire siti
ebant. Interrogāt nō ambigo Joānem nouiter e
terris ad eos descendentē: si quid boni nūcij / si q̄d
sperande liberationis afferret? atqui nō amaro sile
tio subticuit Joānes: nō locutionibus eorundem
aures clausit: vtpote qui preco iudicis venientis / et
solis lucifer orientis: ꝛ nūcius saluatoris iā appa
rentis in deserto parate viā dn̄i: rectas facite semi

tūs eius: q: veniēs veniet ⁊ nō tardabit. Iā in terrꝭ
visus ⁊ cū hoībus cōuersatus est: iā a me cognitꝰ
est, pdicatus, baptizatus ⁊ indice demōstratꝰ. Ad
hanc vocē noua lux oriri visa est in deserto illo in-
feriori sedentibus in tenebris ⁊ in vmbra mortis:
gaudiū quoqꝫ leticia ⁊ tripudiuz. Iā minus tedet
eos exilij sui, q̄nto minorē cognoscūt spei sue dila-
tionē: nā magis ⁊ magis p sanctas affectiōes pa-
rant in seipsis viā dño: ⁊ p ignita desyderia chari-
tatis rectas faciūt semitas eius. ¶ Plura sciscī-
tanꝭ a Ioanne de celeritate ⁊ mysterio redēptio-
nis sue: de cōditionibꝰ redēptoris, de forma mo-
doqꝫ redimēdi: nec satianꝭ interrogationibꝰ: sꝫ qd
plurimū delectat audire: vt sepꝰ iterēꝭ expostulāt.
Quid agit Ioānes vox clamantis in deserto? Re-
spondet ad singula: cōfirmat fidē, spem corrobo-
rat, charitatis feruorē exuscitat. ¶ Necqꝫ tñ ista di-
xerim, q sanctos patres post obitū ignorem fuisse
positos extra merendi statū: sed quō in scientia et
q̄busdā alijs pfectionibus nouiter acq̄sibilibus p
ficere potuerint ⁊ etiā pfecerint nō video. Ponūt
quippe doctores absqꝫ vlla absurditate gloriā he
atorꝫ accidentalē plerūqꝫ maiorē fieri tā in cogniti
one, q̄ dilectione ac delectatione: quāto minꝰ ab-
sonū videri debet si nondū saluati: nec terminū fe-
licitatis adepti in cognitionibꝰ quibusdam amori
bus ⁊ dilectionibꝰ pficere potuerūt. Sed ⁊ de pue
ris absqꝫ baptismo decedentibꝰ apud nōnullos ex
cellentes nō improbabile prsus videꝭ eos in phi-
losophia ⁊ alijs q̄busdā artibus ⁊ cognitionibus
posse instructiores fieri tēporꝫ successione diutur-
na ⁊ experientiarū multitudine coadiuti. Sic etiam
Enoch ⁊ Helias nō ita ociose viuūt, vt in tāta eta-
tis longeuitate nihil nouū cogitent vel addiscant.
¶ Sed reuertamur vnde digressi sumus: vbi dixi
mus Ioannē in pphetia ceteros excessisse: qd ex p
dictis reor esse pspicuū: si tñ aliquas pꝰs obiectio-
nes q̄ aduersus ea fieri possunt ⁊ absoluerimꝰ. Et
quo pacto (dicit aliq̄s) ioānes pphetasse dicitꝭ il-
lud ⁊ de eo qd ante suos oculos positum tenebat.
Videbat iesum, tangebat ⁊ audiebat: ⁊ tu mihi di
cis q illū esse Ioānes pphetabat. Nō eñ est pro
phetia nisi occultorꝫ ⁊ a sensibus humanis alieno
rum. Sed acute cogitemus q̄d Ioānes sensu vide
rit, ⁊ q̄d nō viderit: ⁊ exinde q̄d ⁊ quēadmodū pro
phetauerit cognoscemus. Erant in hoīe iesu plu
rima corporeis sensibus ⁊ experimento cognoscibi
lia: vt q hō erat ambulās, docens, cū publicanis
⁊ petōribus māducans: ⁊ ad hec cognoscenda nō
erat opus pphetico spū. Alia latebant plurima et
maxima: vt q talis esset deus, mediator cōstitutus
p redēptione ⁊ recōciliatione petōꝝ: q agnꝰ esset
p sacrificio cōsummato imolandus ⁊ similia: ad
q̄ cognoscenda ⁊ publicanda hoībus ioannes nō
nisi spū suppletus attingere valuisset. Tale est il-
lud: Qui post me venit, ante me factus est ⁊c. ⁊ ecce
agnus dei: ⁊ cetera hmōi. ¶ Occurrūt alij dicen-
tes nō debere ioannē arguere mendacij. Alioq̄n si
mēdax, quō pfectus? Ipse eñ interrogatus: Tu q̄s
es? ⁊ an ppheta es tu? Respondit: nō sum. Quod
si ex humilitatis affectu quis eū sic respondisse cō

tenderit: videat quomodo humilitati verā cum vi
tio mendacij cōnectet. Que eñ participatio lucis
ad tenebras, q̄ cōuentio christi ad Belial ait apls.
Fateor plane ioannē nō quesisse humilitatē p mē-
dacij culpam. Absit hoc vt catholicorꝫ quispiā sic
delirus inueniaꝭ q̄ hoc dicat. Verax igiꝭ fuit ioā
nes modo quo negauit se pphetam: negauit dico
nō simpliciter, sed ad intentionē querentiū. Scri-
ptū erat in lege dei Deute. xviij. Prophetā suscita
¶ Amplius nō ita diuerterēt ecclīastici etiā de patrimonio christi dotāti ad traditiōes ꝛ adinuētiones hoim p diuitijs cumulādis/spreta lege christi sicut nūc facere cōspicimus fornicatiōe q̄dā spūali ꝑniciosissima. Et ad grādē tēpestatē moderni tpis ꝛ schismatis ꝯsolandā/possent applicari q̄ omitto q: facile est ex p̄cedētibus elicere. ¶ Septima cōclusio. Vita ioānis baptiste post vitā christi ꝛ matris ei⁹ fuit angelica: ꝛ inter viatores saltē quo ad aliq̄d ꝑfectissima. Pro cuius declaratiōe aduertēdū: ꝙ vita ioānis pōt cōꝑari ad vitā alioꝝ tripliciter. Vel que ad ꝑphetiā/vel quo ad austeritatē victus/vel quo ad meritū internū. Si cōꝑemus ꝑphetiā ioānis ad ꝑphetias aliorū: quo ad h̄ Joānes est ꝑfectior: q: mō certiori ꝛ clariori demōstrauit christū: ꝑpter quē ꝑphete oēs illustrati fuere suas cōtexuerūt ꝑphetias. Et hic forsan innuere volebat ipa veritas cū ait: ꝙ inter natos ꝛc. Nec moueat aliquē ꝙ Joānes videbat certa expiētia christū: ꝛ ob hoc nō ꝑphetabat de eo. De certis eīn et ꝑsentibus nō est ꝑphetia. Fateor eīn ꝙ aliqua in hoīe illo videbat/respectu quorū nō erat ꝑphetia sed scientia vel experientia: vt ꝙ hic esset vnus hō sic ambulās ꝛc. Sed alia erāt q̄ nō videbant: vt ꝙ talis homo esset deus ꝛ Messias in lege ꝑmissus ꝛ agnus dei qui tolleret pctā mūdi ꝛc. Si dicat vlterius: ꝙ Joannes interrogatus respondit se nō esse ꝑphetā. Dicūt aliqui eū hoc dixisse ex humilitate/nō ex veritate: quasi videlicet esset aliqua humilitas sine veritate: aut quasi humilitas p mēdaciū acquirat. Et ideo verius ꝛ aptius dicit/ꝙ ioānes negās se ꝑphetā/respōdit ad intentionē querentiū iudeorū: sciebāt itaq; iudei scriptū esse in lege eorū Deute. xviij. dicente dño: Prophetā tibi suscitabo post me ꝛc.

Sequuntur propositiones eiusdē de sensu literali sacre scripture/et de causis errantium.

Qui aūt blasphemauerit in spm̄ sanctū/ nō habebit remissionē in eternū: sed re⁹ erit eterni delicti: Mar. iij. ¶ Quedā sunt i alijs lectionib⁹ sup hac ꝑticula textus Mar. iij. q̄si ta ꝛ exposita. Exposite sūt inter cetera spēs pcti in spm̄sctm̄: q̄ a doctoribus cōiter assignant esse sex: ꝛ declarata est rō. Inter illas sex spēs pcti qḋ text⁹ nr̄ appellat eternū delictū/ numerat impugnatio veritatis agnite: nō ꝙ vitas sub rōne qua veritas possit a quoq̄ impugnari/plus q̄ neqt ipa bonitas in esse tali a quoq̄ odiri: neq; eīn haberet veritas hoc mō rōnē aliquā malicie vl impugnabilitatis. Contingit nihilominus veritatē etiā cognitā impugnari sub alia rōnē: vt ratione dicētis qui habet odio: vel rōne effectus ex veritate cōsequētis. vt q: p eā fit homini damnū aliquod tēporale vel inhonoratio. Sic iudei veritatē de christo prius cognitā impugnauerūt: postmodū ꝑpter odiū eius vehemēs ꝛ radicatā inuidiam Et q: veritas per eū p̄dicata culpabat auariciā eorū atq; superbiā. Audiebāt (inq̄t euāgelista) vn⁹) C

hec omnia pharisei/ et deridebāt eū: q2 auari erant: Erāt ālt arrogātes et supbi. ¶ Et qm̄ nostris pcb dolor tpibus videt inualuisse species hec eterni de fleti: que scz est impugnatio veritatis agnite/ nedū in Anglia/ nedū in scotia/ nedū in studio pragensi et alemania: sed etiā quod dolet et pudet in Frācia Proposui quedā adducere valētia ad impugnationē doctrinalē/ et ɔseq̄nter ad eradicationē iudiciale pcti huius tā enormis: qd nō habet remissionē i eternū. ¶ Amplius q2 seminatores heresū taliū et impugnatores veritatis quā agnoscūt vel agnoscere deberēt/ cum se catholicos pfiteant: dicūt fundari dicta sua in scptura sacra et eius sensu vero lrali: quā solā scpturā dicūt se velle insequi et admittere/ reiectis et p nihilo habitis q̄buscunq3 ɔstitutionibus aliis vel scpturis decretorū vel decretaliū: q̄s appellāt apocryphas et christo aduersas.
D ¶ Cōsyderādū erit i pmis/ qs dicēdus sit sensus lralis scpture sacre/ et q̄liter est inuestigādus et tenēdus. ¶ Cōsyderādū erit pinde magis in pticulari de ipsis erroribus nostro tpe/ vel inuētis vel renouatis/ et de causis vel cautelis eorūdē. Sint igitur p pma ɔsyderatiōe nostra pncipali ppositiōes q̄ sequunt. ¶ Propositio pma. Sensus lralis sacre scpture semp est verus. Patet: q2 ex illo solo sumi pōt efficax argumētū sm Aug. et Hiero. et hoc nō habēt negare etiā aduersarij cū quibus agendū est. Oppositū huius est nup Parrhysius condemnatū. Et reputata est expositio vel allegatio distorta/ que inducit ad hoc illud apli: Litera occidit rč. ¶ Secunda. Sensus literalis sacre scripture accipiendus est nō sm vim logice seu dialectice sed potius iuxta locutiones in rhetoricis sermonibus vsitatas: et iuxta tropos et figuratas locutiones/ quas cōmunis vsus cōmittit/ cū consyderatione circūstantiarū litere ex pcedētibus et posterius appositis. Habet em̄ scriptura sacra sicut et moralis et historialis scientia suā logicā ppriam/ quem rhetoricaz appellamus. Unde Aug. super hac re librum perutilē et elegantē composuit: quē intitulauit de doctrina christiana/ i quatuor volumina cōdistinxit. Enumerauit inter alia septē regulas Ticoni: quas appellauit claues ad elucidationē et expositionē sacre scpture necessarias. De his etiā loquit Nico. de lyra in principio postille sue sup Bibliam. Tractauit insuper de hoc sensu literali magister H. de beuta in vna questione plogi sup sententias. ¶ Tertia. Sensus scripure literalis iudicandus est/ put ecclesia spū sancto inspirata et gubernata determinauit/ et nō ad cuiuslibet arbitriū vel interptationē. Uñ Aug. ɔtra epistolā fūdamēti: Euāgelio nō crederē rč. Nota q resolutio finalis saltē declaratiua est ad ecclesiā et ad conciliū eā rep̄sentans: quia q euangeliū Marci sit euangelium Christi plus q̄ euangelium sancti Thome vel Nicodemi/ credimus ex traditione ecclesie. Unde et Apls: Si quis aliud euangelizauerit/ etiam angelus de celo/ anathema sit rc.
F ¶ Quarta. Sensus literalis scripture/ psertim in sermonibus moralibus vtit plerūq3 indefinita p vniuersali/ iuxta cōmunē modū accipiendi. Utit insuper aliis locutionibus figuratis/ put modo dicebat: ppterea talis indefinita locutio nō excusat semp asserentē a falsitate: supposito q sit in aliquo particulari casu verū illud quod indefinite positū est. ¶ Quinta. Sensus logicalis verus in assertione theologica nō excusat asserentē q̄n talē assertionē debeat reuocare/ si falsa sit in sensu theologico literali: aut si sit scādalosa/ vel piarū auriū offensiua/ aut aliter male sonās: hec seq̄tur ex pdictis. ¶ Sexta. Sensus literalis sacre scpture fuit pmo p christum et aplos reuelatus et miraculis elucidatus: deinde fuit per sanguinē martyrū cōfirmatus: postmoduz sacri doctores per rōnes suas diligētes contra hereticos diffusius elicuerūt pdictū sensum lralē: cōclusiones ex illo clarius vel pbabilius ɔseq̄ntes: postea successit determinatio sacrorū cōciliorū: vt qd erat doctrinaliter discussum p doctores/ fieret per ecclesiā sententialiter diffinitū. Apposite sunt tandē pene per iudices tā ecclesiasticos q̄ seculares/ cōtra eos qui pternia temeritate nollent ecclesiastice determinationi subiacere. Et hoc necessaria puisione factū est: quoniā in ratiocinando et altercando aduersus veritatē nō est apud multos finis. ¶ Septima. Sēsus lralis si et dū expugnatur tpibus nostris in his q̄ sunt iā apte p ecclesiam determinata ac recepta: nō oportet agere curiosis ratiocinationibus aduersus impugnatores/ sed statutis punitionibus vti: vt patet ex vltima particula ppositionis pcedētis. ¶ Octaua. Sēsus lralis sacre scripture si repit determinatus et decisus in decretis et decretalibus et codicibus ɔciliorū: iudicādus est ad theologiā et sacrā scripturā non minus pertinere q symbolum aplorū. Propterea nō est spernēdus tanq̄ humana seu positiua ɔstitutione fundatus. Et in hoc errāt pene oēs heretici: qui post cōpilatiōz decretorū et decretaliū inualuerūt: vidētes em̄ q errores sui sufficiētcr coarguunt per illas doctorū et summ. ōx pontificū et conciliorū generaliū: dicunt oēs tales scpturas apocryphas esse vel falsas: nisi ostendat q sint expresse i scptura sacra: et ita cōseq̄nter negāt quatuor doctores et concilia: putantes q ex sacra scriptura cōuinci nō possint. Uerū est q ex aduerso quidā inueniuntur/ nolentes vel nescientes distinguere in ipsis decretalibus et decretis/ ea que sunt de iure diuino proprie dicto/ ab his q̄ sunt de iure pure positiuo vel de iure proprie naturali/ vel de mixto iure ex pluribus. Super q̄ re tā in lectionibus q̄ in collationibus p cōmendatione dominorū iuristarū: sepe locutus sum/ q̄ntū mihi datū erat et vtile videbatur Siquidē ignorātia huius rei turbationē in eccl̄ia induxit plus q̄ dici possit. G
¶ Nona. Sēsus lralis q̄uis sit i multis/ psertim in his q̄ sunt necessaria ad salutē/ satis expssus in libris sacre scpture: vel ex illis euidēter consequat apud eruditos in eisdem libris: nihilominus expediuit tales sensus sub certis articulis compēdiose in publicū tradere: quēadmodū de symbolo aplorū et Athanasij factū fuisse cognouimus: Exigit h maxime cōtas rudis hominū/ et capitū seu iudiciorū varietas: put deducit sanctus Tho. in pncipio summe contra gentiles.

¶ Decima. Sēsus lr̄alis sacre scp̄ture rōnabilit explicaꝭ apō studia gn̄alia ⁊ i certis diocesib⁹ ne dū ꝑ totā eccl̄iā/ sꝫ ꝑ diocesanoꝝ sniāꝫ cū consilio doctoꝝ theologoꝝ in eisdē studijs degentiū: Que rō/q̄nta. s. effrenis quorūdā libertas in loq̄ndo et docēdo taliter compescaꝭ: qm̄ apud theologos debet esse p̄scp̄ta loq̄ndi forma: sicut tradit Aug. Liberis inquit verbis vtunꝭ ph̄i: ⁊ in rebus ad intelligēdū difficilibus offensionē piarū auriū nō ꝑtimescūt: nobis aūt ad certā regulā loq̄ fas est. Nota ꝺ studio Parrhysieñ. ⁊ articulis eius. Nota de Anglia/ scotia ⁊ praga. Nota de Godfrido de fontibus ⁊ ꝺ q̄stione quā tractat: ⁊ q̄liter argumēta sua nō ꝯcludūt. ¶ Undecia. Sēsus lr̄alis quorūdā articuloꝝ vt p̄sse declaratus ꝑ vnū ep̄m etiā cū consilio doctorū: si negeꝭ esse scp̄ture: non reddiꝭ ex ħ p̄se ip̄e negās hereticus. Sed penas appositas talis incurrit si sit diocesanus/ ⁊ ad reuocandū rationabiliter cōdemnaꝭ. Probaꝭ p̄ma ps: q: pōt ad papā appellare ex causis rōnabilibus l casu: imo ⁊ papa ad conciliū generale. Rō est: qm̄ nec papa nec ep̄s aliq̄s est sic confirmatus i fide de lege cōi q̄n possit errare. ¶ Duodecia. Sēsus lr̄alis sacre scp̄ture si negetur esse verus: ⁊ impugneꝭ tā verbo q̄ facto: per illos p̄sertim q̄ subsunt p̄latis ⁊ inquisitoribus q̄ sensum talē declarauerūt esse de sacra scriptura. Consurgit vt freq̄nter vehemens suspitio contra tales q̄ sint heretici. s. q̄ habent deprauationē in intellectu per errorē/ ⁊ in affectu per incorrigibilitatē vel pertinaciā. Ratio est p̄mo: q: p̄ferūt sensum suū iudicio prudentioꝝ ⁊ sapientioꝝ. Trāsgrediunꝭ etiā terminos q̄s posuēt patres eorū. Altera ratio est: qm̄ ea q̄ determinata vel declarata sunt per iudices ⁊ conciliū fidei: sunt talia que debēt explicite credi per illos ⁊ ab illis qui contra dicunt. Exempla sunt manifesta in articulis Parrhysius condemnatis: quoꝝ plurimi sunt de articulis fidei/ quos q̄libet adultus ⁊ capax rōnis cōuersans inter christianos/ teneꝭ explicite credere: sicut q̄ deus est trinus ⁊ vnus: q̄ resurrectio mortuoꝝ erit: q̄ fornicatio est pctm̄ mortale: q̄ mūdus sint creatus/ ⁊ nō ab eterno/ et ita ꝺ plurimis. Sic etiā tp̄ibus nostris ꝯdēnate sunt assertiōes aliq̄: q̄rū oppositas q̄libet capax rōnis et ꝯuersans inter christianos/ vt cōiter explicite credere cōstringiꝭ: sicut q̄ iuramentū licitū est tenēdū/ q̄n nō vergit i detrimentū salutis eterne. Itē homicidiū nō est licitū nec approbādū/ q̄n fit absq̄ iudiciaria ⁊ legitima autoritate. Itē rex nō debet remunerare homicidia ⁊ periuria/ ⁊ ita de similibus.

Ranseamus consequēter ad dicendū aliqua de causis errorū ⁊ cautelis errantiū. Et dicamus summatim ⁊ velut ab alto: q̄ omniū errantiū primaria radix ⁊ principalis origo fuit ⁊ est/ inordinata affectio vel voluntatis deprauatio. Hoc vidit Aug. dicens: approbare falsa p̄ veris nō est natura instituti hominis/ sed pena damnati. Declaramus p̄terea istud quod nūc diximus ⁊ intēdimus: ⁊ hoc narrando potius q̄ disputando vel conclusiue loquendo. ¶ Ecce p̄mo q̄ error oīs in Lucifero ⁊ cōplicibus angelis puenit ex damnatione volūtatis vel affectus per arrogantiā/ ⁊ superbiā in seipsis complacentiā: put declarat Aug. in suo de ciui. ⁊ doc. cōiter in. ij. sniaꝝ. ¶ Ecce q̄ eua idcirco errauit: q: curiose ꝯcupiuit fructū pulchrū visu ⁊ ad vescendū suauē: ita vt ꝯsequēter delapsa sit in hūc errorē/ vt crederet fieri sicut deus sciens bonū ⁊ malū ⁊c. vt etiā reuocaret i dubiū diuinā sententiā quā absolute tenebaꝭ credere: ne forte inq̄t moriamur. ¶ Ecce Adam q̄ si nō seductus sit sicut mulier: put dicit Ap̄ls: seductus tamē in hoc fuit ħm doctores/ q̄ nolens contristari delicias suas. s. coniugē: credidit venialeꝫ quasi ꝑ nihilo esse illō quod erat mortale. Sic habemus q̄ superbia ⁊ quedā sensualis complacentia inducūt errores. ¶ Consyderemus inuidiam ⁊ iram ipsius Cain aduersus Abel: et inueniemus q̄ ꝓpter eā Cain cecidit in hunc errorem et alios multos/ q̄ credidit peccatū suū maius esse q̄ diuinā misericordiā. Sic post eū errauerūt plurimi/ tā ex iudeis q̄ ex vocatis christianis: qui dicebāt nō esse penitentiā vel salutē post certū numerū/ vel vices peccandi: sicut Augustinus ⁊ Nico. de lyra notant. Et sicut aliqui exposuerūt illud Apostoli ad Hebreos: Impossibile est eos qui semel lapsi sūt ⁊c̄. Consyderemus p̄terea (sicut iam tactū est) q̄ ꝓpter inuidiā iudei prius habentes notiā de aduentu christi/ corruerunt in oppositos errores de christo: dicētes q̄ erat samaritanus/ demoniū habens/ vorax ⁊ potator vini/ ⁊ publicanoꝝ amicus. Siīr posterioribus ⁊ etiā modernis tp̄ibus. Quidā reputātes se iustos/ ⁊ consyderātes vitā p̄latorū ⁊ sacerdotū subiectā esse multis vitijs et prauis moribus: acceperunt viā suis erroib⁹: sicut experiētia docuit mille modis. ¶ Et ad ostēsionē huius ⁊ cōfirmationē eoꝝ q̄ diximus: inferamus hic verba formalia q̄ autor sūme de vitijs et virtutib⁹ posuit in tractatu de fide. ¶ Prima cā erroris est ignorantia capacitatis intellectus humani: q̄daꝫ eñi nō attendentes limitatū esse intellectum humanū/ credunt eū capacē esse oīm: et ideo credūt illud nō esse quod ab eo nō capitur. Sicut si aliquis crederet circuitū solis oīa cōtinere: ip̄e crederet illa nō esse que infra circulū illū non continenꭍ. Similis error est in illis qui credunt nō posse esse sciaꝫ de magnitudine solis ⁊ lune ⁊ stellaꝝ: q: ipsi nō habent eam. ¶ Scd̄a est auersio intellectus a credendis: ⁊ ab his q̄ p̄nt hoīem inducere ad credendū: ⁊ cōuersio ad errores. Quidā eñi sic amāt errores suos: vt contraria eis nō velint cogitare vel audire. Prouer. xviij. Non recipit stultus verba prudentie/ nisi ea dixeris q̄ versanꭍ in corde eius. Nō est datuꝫ homini videre post tergū suū/ nec videre intuitu: sic nec intelligere ea/ a quib⁹ intellectus se auertit. Nolūt audire qui sunt in erroribus aliq̄d de miraculis/ nec sacra eloquia/ nec rōnes doctoꝝ q̄bus p̄nt ad verā fidē induci. ideo nō est mirū si remanēt in erroribus suis. Tertia est rerū subtilitas ⁊ intellectus grossicies: qui turbidū habet visum pilū q̄ ab alijs videꭍ nō videt: nō ideo cōtēdere debēt eū ibi nō esse: non videt visus humanus quicquid videt aq̄linus. ¶ Quarta ē distātia a credē

dis:qdā eñ cōmorant in sensibilibus/q lōge sunt a credendis q sunt inuisibilia:nō appropinquātes ad illa:nec studio/nec exercitatione:ideo nō est mirū si illa nō vident:ipsi sensum volūt habere ducē ad credenda q cecus est quātū ad ea. Uñ sic disputant de spūalibus/sicut ceci de coloribus. Bernardus sup Cañ. Quō lux incassum circūfundit oculos clausos vel cecos:sic aialis hō nō pcipit ea q sunt spūs dei. Aug. Deus lux est nō corporū/s3 mētiū:hanc lucē qui nō videt/est quasi cecus in sole. ¶ Quinta est negligentia q̄rendi dei adiutorium ad ea credenda. Fides nō est naturalis/imo est in electione diuine bonitatis r donū gratuitū. Si esset naturalis/eadē eēt apud oēs:nec esset tāta dissensio de ipa q̄nta est:ideo a deo petenda ē. Marci. ix. Credo dñe/adiuua incredulitatē meā. Ephe. ij. Gratia estis saluati p fidē:r hoc non ex vobis:dei eñ donū est. r.). Joā. v. Dedit nobis sensum vt cognoscamus deū verū:sicut sol nō videt nisi ex lumine suo:sic sol intelligētie nō videt nisi ex lumie suo.s.ex luce gratie quā infundit. Sed aliq̄ sunt vt vespertiliones solē nō videntes de nocte qñ volāt q2 tūc sol nō lucet sup terrā:de luce vō eū nō vidēt q2 tūc dormiūt. Sic isti solē intelligētie ideo nō vident:q2 in nocte sunt cū ipe eis nō luceat:lucē gratie infundēdo:nō pter hoc affirmare debēt eum nō esse. ¶ Sexta est obstaculū pctī:qdā eñ immundicia operū suorū/q̄si obiectū manuū/lumē solis intelligentie a se repellunt. Job. xxiiij. Ipsi rebelles
3 fuerunt lumini. ¶ Septima est supbia que est velut inflatio faciei interioris. Aug. vij. cōfes. Tumore meo separabar a te:r nimis inflata facies claudebat oculos meos. Bern. sup Cañ. Superbo oculo veritas nō videt syncero:patet. Et super illud Hiere. xlix. Arrogātia tua r supbia cordis tui decepit te:dicit glo. Oīs hereticus arrogās:q2 superbia facit hereticū/nō arrogātia. Aug. Supbia meret illudi. Abac. ij. Quomō vinū potantē decipit: sic erit supbus. Uñ Greg. de supbis:Tāto inquit a dei luce longe sunt/q̄nto apud se humiles nō sūt. Octaua est affectio inordinata intellectū trahēs ad cōtraria fidei:vt timor inordinatꝰ/vel amor/vel odium. Affectio inordinata est velut lippitudo respectu oculi interioris. Aug. Si q̄s alteri digito solē ostēderit r videre nō poterit/culpet potꝰ oculi lippitudinē q digiti ostensionē. Hāc lippitudinē purgari oportet. Aug. Purgandus est animus vt pspicere illā lucē valeat. Timor multos retraxit ne crederēt in christū:q eñ credebāt in christo despiciebant ab aliis r extra synagogā fiebāt:ideo qui gloriā amabāt r ptēptū istū timebāt/nolebant ad christū cōuerti. Joā. v. Quō credere potestis qui gloriā ab inuicē recipitis:r gloriā q a solo deo est nō q̄ritis. Amor etiā diuitiarū r timor amittēdi locū r gentē iudeos impediuit ne in christum crederēt. Amor diuitiarū oculus est auarorū:r amor delitiarū est oculus voluptuosorū. Zach. v. dicit de impietate:Hic est oculus eorū in vniuersa terra. Prouer. xxi. Lucerna impiorū peccatū:ideo auaro videtur aliquid licitū qd aliis non videt:quia auaricia est lucerna ei:sm eam eñ indicat. Luxurioso videt illa quā nimis amat pulchra/cū sit deformis:quia amor facit eū errare in iudicio illo. Odiū etiā intellectū multorū a fide auertit:multi 2 valdenses odiētes plationē clericorū dicunt deo obediendū esse r nō homini. Aliqui etiā ex eis dicūt solis platis bonis esse obediendū. Dicūt etiā ordinē non esse necessariū ad hoc q aliquis liget vel soluat. Et q nō est necesse vt aliq̄s confiteat pctā sua sacerdoti. Et q relaxationes q̄s epi cōsueuerūt facere nō valēt: nec suffragia ecclesie psunt mortuis. Itē timētes errores suos p iuramēta ppalari dicūt in nullo casu esse iurandū. Itē timētes se occidi dicūt in nullo casu esse hoiem occidendū. Sic transierūt heretici in affectu cordis rc. Tales corrumpūt omnē ordinē hierarchicū:nedū in ecclesia/sed etiā in seculari politia. Tales nihilominus ptestant se fidem catholicā tenerē:r cū euocant querūt subterfugia sophistica:r captiosas responsiōes r linguis loquūtur. Tales infecerūt regnū anglie/destruxerūt studiū Pragense/r vsq3 ad scotiā venerūt. Et phdolor experimur in hoc regno q̄liter multiplicati sunt sup numerū qui ad sediriones r rebelliones contra oēm dominationē erigunt r nolunt q infima per media reducant in deū:sed cōstituunt se iudices r supremos.

Tractatus magistri

Joānis de Gerson contra heresim de cōmunione laicorum sub vtraq3 specie.

Oblaturꝰ iuxta senio rū huius sacri cōcilij Cōstanciēsi. monitionē generalē nōnulla que cōcernūt expugnationem heresum r hereticorū nostri tpis nominatim secte nouiter exorte c prinus iudicialiter damnate: de necessitate cōmunicādi laicos sub vtraq3 specie sc3 panis r vini:pfero cū3 euangelica paupercula duo minuta/q dici possunt duplex ille denariꝰ quē samaritanus ptulit r dedit stabulario p cura vulnerati:vnus denarius decē regulas speculatiuas/ alter dece3 practicas habet inscriptas. ¶ Prima: Scriptura sacra est fidei regula:cōtra quā bene intellectā nō est admittēda autoritas rō hoīs cuiuscūq3:nec aliqua cōsuetudo/nec cōstitutio/nec obseruatio valet si cōtra sacrā scripturā militare conuincat:hec regula fundamētū est cōmune nobis r hereticis quos impugnare conamur. Propterea cōcedimus r approbamus oēs q autoritates vel rōnes q hanc pbant p quāto nō ad aliud pbandū p eos ducunt vel induci quererent. Quāobrem sacra scriptura debet cōsyderari q̄si sit vna propositio copulatiua cōnectens singulas partes:r vna3 cōfirmans p alterā/elucidans r exponens:qm si ppositio aliqua sacre scripture posita assertiue p autorē suū qui ē spūssanctꝰ/esset falsa:tota sacre scripture (sicut dicit Aug.) vacillaret autoritas:q2 similis est rō assentiēdi p fidē cuicūq3 ppositioni signate in sacra scriptura ita vni sicut alteri.s.autorꝫ

titas diuine reuelationis q̄ vtrobiq̧ cōis est rō cre
dendi. ¶ Scḋa: Sacra scriptura dū cōsyderaṫ in
aliqua sui parte vel ꝓpositione/nō est tenēda in so
lis terminis illius ꝓpositiōis: aut in illo sensu quē
illa ꝓpositio sic ꝑ se ꝛ nude cōsyderata facit. Sꝫ cō
ferenda est ꝛ cōcordanda ꝑ cōparationē ad alios
sacre scripture passus. Patet hec regula ex ꝑcedē
ti/ꝛ ꝑ exēpla manifesta q̄lia sūt inumera. Dixit ita
q̧ christus Mat. vlti. Qui crediderit ꝛ baptizatꝰ
fuerit/saluus erit: si quis voluerit in hac ꝑasa for
ma vel sentētia stare nō admissa quacūq̧ collatiōe
ipsius cū alijs: sicut inuētos aliquos esse tales no
tat Aug. de ciui. dei. xxi. cōstat ꝙ errabit manifeste
ponēdo ꝙ sola fides sufficat in baptismo ad salutē
sine alijs virtutibꝰ: sicut traherēt alij ex simili ver
bo christi: Qui credit i me/habet vitā eternā. Am
pliꝰ arguēdo ad hoīes sic induceremꝰ illud christi
Joā. vi. Ego sū panis viuus q̄ de celo descendi: si
quis māducauerit ex hoc pane/viuet in eternum.
Attamē ſm istos nō sufficit māducatio solius pa
nis. i. sumptio corporis: sed requiriṫ bibitio san
guinis. ¶ Tertia: Sacra scriptura pōt ꝛ debet in
suis partibus ꝛ partialibus assertionibꝰ reueren
ter ꝛ humiliter ꝛ diligenter expositionē recipe: con
cordando passum cū passu/ꝛ vnū ꝑ alterū iudican
do. Sequiṫ ex ꝑcedētibus: Et q̄ sic fit in oībꝰ alijs
sciētijs ꝛ doctrinis: in q̄bꝰ intētio ꝛ sensus vniꝰ di
cti trahiṫ ex alijs: ex q̄bus apparet intētio dicētis:
q̄m ſm Hylariū/intelligentia dictoꝝ ex causis est
assumēda dicendi: alioq̄n plura essent mendacia ꝛ
ꝯtradictiōes in q̄libet sciētiaꝝ: ꝛ ꝑcipue in sacra et
diuina q̄ essent veritates i ol mō loq̄ndi cōmuni.
L ¶ Quarta: Scriptura sacra in expositiōe partiū
suaꝝ requisiuit ꝛ req̄rit homies p̄mo ꝑditos inge
nio. Scḋo exercitatos studio. Tertio humiles iu
dicio. Quarto imunes ab affectato vitio: ptꝫ: q̄m
ex opposito alteriꝰ istoꝝ q̄tuor/solet facillime fal
sus intellectus scripture suboriri: vt si sit hō hebe
tis ingenij/si iners ꝛ neglector studij/si supbi et ar
rogātis iudicij/si deniq̧ fuerit infectꝰ ꝛ depraua tꝰ
ex affectu alicuiꝰ vitij: q̄m excecat tales malicia eo
rū. Possent ista ꝛ istoꝝ quodlibet tā autoritatibꝰ
q̄ exemplis ꝛ rōnibus multipliciter declarari: que
q̄ nota sunt doctis: ꝛ alibi satis inueniunṫ/breuita
tis amore linquit. Quinta: Scriptura sacra in sui p̄
maria expositiōe habuit hoīes eruditos: non solū
humana rōcinatione vel studio/sed diuina reuela
tione ꝛ inspiratione spūssancti. Patet de apl̄is et
alijs/de q̄bus loquiṫ Lucas in actibus apostolo
rū. c. xiij. Et Paulus plures enumerat diuisiones
gratiaꝝ: inter quas interꝑtatio sermonū: ꝛ sermo
scientie ꝛ sermo doctrine. ¶ Cōparandi igiṫ sunt
doctores in expositiōe sacre scripture cū doctoribꝰ:
ꝛ illi quos constat habere conditiones positas in
ꝑcedēti regula/ꝑferēdi sunt nō habētibꝰ. Siłr ha
bētes reuelationē/nō habētibꝰ eā. Et dona gratis
data possidētes nō possidētibꝰ ea: ceteris paribꝰ.
Et ꝓinde cōuinciṫ ac reꝑhendiṫ quorūdā arrogā
tia modernoꝝ/vsurpantiū sibi illa de psalmo: Su
per oēs docētes me intellexi. Et iteꝝ: Sup senes in
tellexi. Et iteꝝ: Sup inimicos meos prudentē me

fecisti. Sed vtinā aduerterent si vere sint eis cause
que iunguntur: q̄ testimonia tua exquisiui: ꝛ lex tua
meditatio mea est: ꝛ reliqua. ¶ Sexta: Scriptura
sacra nō ita recipienda est nude ꝛ insolidū: cōtem
ptis alijs traditionibus hoīm q̄n debeat ad intel
ligentiā verā ipsius habendā/iuribus humanis ꝛ
canonibus ꝛ decretis ꝛ glossis sanctoꝝ doctoꝝ fre
quēter ꝛ humiliter vti. Patet ex ꝑcedentibus: pa
tet etiā ex modo quē tenent heretici quos nūc im
pugnamus: q̄ doctores valde diligenter allegant
ꝓ suis assertionibus colorandis ꝛ corroborādis.
Et tales q̄ sunt aliq̄ nullius autoritatis vel pon
deris: sicut sunt aliq̄ glossatores decretoꝝ ꝛ decre
taliū: ꝛ nō sancti/nec multū in theologicis eruditi.
Et similiter aliqui quos de numero trahūt theolo
goꝝ. Unū sic arguiṫ aduersus eos: Si doctoribus
ꝛ peritis in sua arte credendū est/cur doctoribus
ꝑ nos allegatis nō vultis credere: quos allegatis
bene intellecti sunt ꝓ nobis: ꝛ alij q̄ absq̧ vlla cō
paratione plures sunt ꝛ clariori sermone dicētes
nostrā sententiā. Si ꝟo nō talibus in aliquo cre
dendū est/cur eos ꝓ vobis in ꝯfirmatione errone
orū spirituū ꝛ sensuū vestroꝝ tā curiose ꝛ exq̄sitissi
mo studio queritis allegare: vndecūq̧ colligentes
ꝛ discerpentes quantūlibet renitaṫ. ¶ Septima:
Scꝑtura sacra recipit interꝑtationē ꝛ expositionē
nedū in suis ꝟbis originalibꝰ: sꝫ etiā in suis expo
sitionibus: patet ex ꝑcedentibꝰ: vnde si allegatur
Aug. exēpli gratia: ꝙ dixerit in vna glossa sua su
mendū esse sanguinē christi in cōicatione laicoꝝ: ꝛ
hoc de necessitate salutis. Et alibi dicat vel obser
uet oppositū ſm intellectuꝫ q̄ p̄ma facie colligereṫ
ex ꝟbis: attēdendū est ex dictis alijs/q̄liter est con
cordādus sibijpsi. Inueniṫ eīm dixisse: Crede ꝛ mā
ducasti: ꝛ ita dicere potuit: Crede ꝛ bibisti ¶ Octa M
ua: Scriptura sacra dū ꝑ nouellos hoīes induciṫ/
tanq̄ credēda sit in suis nudis terminis absq̧ alte
rius interꝑtis vel expositoris admissione/exponiṫ
grauibꝰ ꝑiculis ꝛ scādalis: nisi solerter ꝓuidcaṫ/et
ꝯfestim occurraṫ. Ptꝫ ex ꝑcedētibꝰ. Et q̄ ad veri
tatē tales implicāt semetipos in dictis suis: ꝓut de
ductū est in sexta regula: dū aliq̄ ꝓ se inducūt do
ctores ꝛ indoctos ꝯtra se nō admittūt. Dū ꝑterea
vitare volūt glossam oēm/incidūt aptissime i mul
tiplicē ꝯtradictionē: ꝛ vltra q̄ iudei ītales iudaizāte
q̄ recipiūt in antiq̄s traditiōibꝰ legis expositiōes
suoꝝ doctoꝝ multas ꝛ varias: vt rabbi salomonis
ꝛ rabbi moysi/ꝛ alioꝝ quēadmodū traditū habent
in lege Deute. xvij. sub mortis interminatiōe sacer
dotibus leuitici generis esse credendū ꝛ obedien
dū. Ex hac ꝑterea radice pestifera orti sunt: ꝛ quo
tidie crescūt errores begardoꝝ ꝛ paupeꝝ de lugdu
no ꝛ olim similiū: quoꝝ multi sunt laici habētes in
suo vulgari translationē biblie in grande preiudi
cium ꝛ scandalum catholice veritatis: quale pro
positum est in reformatorio esse tollendum.
¶ Nona scriptura sacra in sui receptione ꝛ expo
sitione autentica finaliter resoluitur in autoritatem
receptionem ꝛ approbationem vniuersalis eccle
sie: presertim primitiue que recepit eam et eius in
tellectum immediate a christo: reuelante spiritu

sancto in die pentecostes/ ⁊ alias pluries. Patet: q: ꝙ Matthe9 scripserit veraciter euangelium ⁊ Nicodemus nō: solū haben9 ab autoritate ecclesie. Iuxta illud Aug. Euāgelio non crederē nisi me autoritas ecclesie cōpulisset. Hec eni est ineffabilis regula a spūsancto directa: q̄ in his que fidei sunt nec fallere pōt nec falli. Probationes omitto. Et q: hoc est primū principiū in fide tenēdū: quo non credito nō supest arguere ꝯtra sic negantem: sicut nec cōtra negantē pma pncipia in moralib9 ⁊ speculabilibus arguendū esse tradit Aristo. Addit cōsecutiue ꝙ sacra scriptura l expositiōe habet ⁊ habere debet in reuerentia ⁊ autoritate maiori ꝯsuetudinē vniuersalis eccłie: circa ea q̄ fidei sacramēta respiciunt ⁊ dispensationē ipoꝝ/ q̄ autoritatem doctoris vnius particularis etiā sancti. Et sic tradit sanctus Tho. in illa q̄stione qua querit: vtrum pueri infideliū sint inuitis parentibus baptizādi: in rōne ad oppositū. Unde valde mirādū videtur apud aliquos cōsyderatiuos dū vidēt ꝙ statim vt doctor aliquis cōposuit vnā lecturā vel vnā cōpositionē/ aut glossam sup decretalibus aut decretis redegit in scriptis: habeť illa glossa seu lectura in reuerentia tali ꝙ allegať autentice in scholis et iudiciis. Qui doctor si viueret/ nō esset cōparandus mille ⁊ mille qui iam sunt in vita. Et tñ si tota vna vniuersitas: exēpli gratia: q̄ habet doctores in oi facultate pitissimos: declararet aut determinaret vnā expositionē circa vnuz passum scripture sacre vel decretoꝝ aut decretaliū/ vix reputabiť aut recipieť hmōi testificatio: quasi videlicet scptura mortua sit maioris autoritatis q̄ viua. Et si opponať/ ꝙ in viuis puertiť iudiciū ꝓpter puersionem affectus: cur nō similiter pōt dubitari ꝙ in mortuis regnauerint dū viuerent hmōi passiones iudicij subuersiue. ❡ Decima: Scriptura sacra patiť in suis lectoribus pmittente deo ꝙ errent ⁊ ꝓterue agāt: q̄tinus q̄ ꝓbati sunt fiant manifesti: sicut dicit apostolus. Et vt studia doctoꝝ multipliciter excitentur: ꝓut notat Aug9. ⁊ vt particulares vitates quotidiano exercitio inueniāť ⁊ eliciāť: iuxta illud: Pertransibūt plurimi ⁊ multiplex erit sciētia. Et illud: Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat: cū similibus multis. Nihilomin9 dū sacra scriptura patitur in suis lectoribus aut allegatoribus peruersum ⁊ proteruū intellectum/ aduersus illa que manifeste sunt in eadem scriptura tradita: ⁊ que declarata sunt per ecclesiam vniuersalem: ⁊ ita recepta per fideliū obseruationē debet habere defensionē suā/ magis iudiciali seueritate/ ⁊ executione puniti ua/ q̄ rōcinatione curiosa p scripturas aut verba. Patet ex pcedētib9. Uerificaťeni in talib9/ ꝙ stultus verbis non erudieť: qđ ⁊ expientia quotidiana manifestat. Illa q̄ppe tales negāt p q̄ sola possunt ⁊ debēt ad viā veritatis reduci: ⁊ si nolunt aliq̄ credere nisi q̄ reperiūt in biblia: inueniāt illic si poterunt formā sacramētoꝝ: ⁊ ꝙ christus miscuit aquā cū vino qđ cōsecrauit: ⁊ ita de plurimis.

Alter denarius regularū

practicaꝝ in expugnatione erroris ⁊ errantiū circa materiā de laicoꝝ cōmunicatione facienda de necessitate salutis sub vtraq; specie.

Debet potius hoc sacrū generale cōciliū inuocare auxiliū brachij secularis si op9 fuerit/ q̄ per ratiocinationes cōtra tales attenta sua determinatione que iam transijt in rem iudicatā. Nihilominus in expugnatione tali pñt aliq̄ doctores de cōcilio vel aliunde scribere: vl aliter agere cōtra tales errores ⁊ errantes: per rationes ⁊ persuasiones ⁊ allegationes: quēadmodum fit nūc ꝑ erroꝝ cōfutatione pñs opusculum sub generalibus regulis: q̄ possunt latius trahi/ ⁊ particularius applicari p rationes deductas ante decretū dicti cōcilij. ❡ Prima: In expugnati de huiusmodi debet in pmis cōcedi ꝯteruientib9 aduersarijs quicq̄d est theologice ⁊ rōnabiliter cōcedendū: vt accepto illo in quo est cōtrouersia facilius ⁊ cōpendiosius ad erroris depositionē induci possint. Debet eni cōcedi sicut ⁊ sancta synodus cōcedit: ꝙ aliq̄ potuit fieri ⁊ factū est sine pctō/ imo cū merito: ꝙ aliqn laici cōmunicarenť sub vtraq; specie: sicut aliquando fiebat cōsecratio in fermento: ne iudaizare videreť ecclesia: sicut ⁊ christus ⁊ forsan pluries post eū pmitiua ecclesia cōsecrauit/ ⁊ dedit hoc sacramentū post cenā. Cōcedať etiā ipsis ꝙ ꝯtra sacrā scripturā nec autoritas humana/ nec cōsuetudo aliqua robur habet: sed addať ꝙ interpretationē vel expositionē ipsa recipit: sicut l regulis deductū est. ❡ Secūda: In expugnatione huiusmodi/ principale illud circa qđ versať difficultas: sicut in puncto/ centro vel cardine est. Si cōmunicatio talis sub vtraq; specie sit iussa generaliter a christo sub debito salutis eterne/ ⁊ indispensabiliter ab homine: quēadmodū dicim9 ꝙ baptismus aque est de necessitate salutis indispensabili p hoiem: sic ꝙ nulla autoritate vel ꝯsuetudine possit introduci vel institui vt certi hoies nō baptizarēťur baptismo aque. Definit aūt sacrū ꝯciliū/ ⁊ verissime negatiuā: sicut nec sumptio sacramēti talis est necessitatis ante cibū: vel etiā post cibuz. Circa qđ est remorāda distinctio necessaria ⁊ notanda ꝙ circa ministrationē vel institutionē sacramentorū/ quedā sunt de necessitate sacramēti ⁊ de iure diuino: quedā vo sunt tm̄modo de necessitate precepti ⁊ de iure humano seu positiuo. Exemplū l materia nostra ꝙ fiat cōsecratio per talē verboꝝ formā: ꝙ in tali materia panis/ ꝙ per sacerdotē: hoc ē de necessitate sacramenti ⁊ iuris diuini. Qz autem fiat in tēplo seu altari sacrato: ꝙ cū talib9 vestibus ⁊ cū lumine: ꝙ cū talibus orōnibus/ epistola ⁊ euangelio: ⁊ ꝙ ieiuno stomacho/ ieiunio etiam nature. Hec inquā oia atq; similia sunt de solo precepto humano ⁊ variabili. Sicq; ecclesia posset ex causis rationabilibus etiā premissa omnia vel aliqua talium imutare: ⁊ immutata sub precepto tradere: sic ꝙ tunc peccaret homo faciendo illud in quo nūc meretur: ⁊ ꝙ transgrediendo peccaret. ❡ Tertia: In expugnatiōe tali declarari potest faciliter apō nolentes ꝯteruire: vel ex affectu prauiter errare: ꝙ sumptio sacramenti sub vtraq; specie a laicis/ modo non est/ aut vnq̄ fuit de necessitate precepti iu-

ris diuini sub pena damnationis eterne. Attamen
dũ fiebat a laicis ꝑcipiente vel ꝑmittente vel con
sulente ecclesia bene fiebat: sicut dũ cõficiebant sa
cerdotes in fermẽtato. Nunc vero dũ certa rõne
inoleuit opposita cõsuetudo ꝑ ecclesiam laudata ⁊
iussa: q̄ iussio patet ex tali ↄsuetudine / q̄ est optima
legũ interpres. Sumptio talis temeraria est ⁊ pre-
sumptuosa / scandalosa / seditiosa / ⁊ ecclesiastici ri-
tus turbatiua: ⁊ ex cõsequenti eterne damnationis
inductiua. ¶ Nec valet cũ inducunt ꝙ laici plus
merent / sumendo sub vtraqȝ specie / q̄ sub sola for
ma panis. Respondet falsum esse: qꝛ melior ē obe
dientia q̄ victime. Et qꝛ potest ecclesia prohibere
aliqua q̄ possunt aliquãdo meritũ augere in aliqui
bus ꝓpter melius bonũ cõmune adipiscendũ / vel
malũ declinandũ. ¶ Quarta in expugnatione ta-
li dicendũ est asserentes talē sumptionē esse licitã
⁊ vtilē laicis sub vtraqȝ specie / tantũ errant quan-
tũ illi qui dicũt eã esse necessariã de necessitate pre
cepti diuini / ⁊ iuris indispensabilis q̄si sacramẽti.
Patet: qm̄ isti secũdi damnãt aptissime de heresi
oẽs ⁊ singulos q̄ nõ volũt laicos taliter esse cõmu-
nicandos / ⁊ ponũt eos extra ecclesiã. Et ita conse-
quenter reputant ꝙ sola generalis ecclesia sit apõ
eos: sicut olim fuit tẽporibus Augustini de dona-
tistis: q̄ q̄ horrenda sit ꝑsumptio videre stupor est.
Et valde notandũ est ꝙ ex hac autoritate Christi:
Nisi mãducaueritis carnē filij hominis ⁊ biberitis
eius sanguinē / nõ habebitis vitã i vobis. Joã. vj.
volunt ↄcludere ineuitabiliter errorē suũ: ⁊ non at
tendũt ꝙ in eodē capitulo christus ꝓmisit: Ego sũ
panis viuus: si quis mãducauerit ex hoc pane / vi-
uet in eternũ: vbi nihil loquit̃ de potu: ⁊ ideo men
dacē faciũt christũ / si requirat̃ etiã cũ manducatio
ne sacramẽtali panis sumptio etiã vini sacramẽta-
lis: qm̄ dictũ suũ est vna cõditionalis. Si quis cuius
oppositũ cõsequentis stat ſm eos cũ antecedente
sumpto in se ⁊ ſm verba sua: imo consequens hoc
mõ repugnat antecedenti. ¶ Est insuꝑ mirabile
ꝙ ex illo vno verbo volunt cõcludere: ꝙ sacramẽta
lis sumptio corporis ⁊ sanguinis christi cadat sub
tanta necessitate salutis ⁊ iuris diuini sicut baptis-
mus aque: cũ oppositũ manifeste pateat ꝑ docto-
res: qm̄ sine tali sumptione stat salus: saltē in par-
uulis ⁊ pueris citra ꝑfectũ vsum rõnis: sicut obser
uat ecclesia: q̄uis reperiat̃ ex quadã epistola Cyp-
riani: ꝙ paruuli quatuor annoꝝ recipiebant aliq̄n-
do corpus christi. Ponit̃ enim ꝓ miraculo puerum
vnum talem: q̄ oblato cibo idolis imolato nolebat
aut nõ poterat comedere: sed bene de pane conse-
crato gustabat si bene memini. ¶ Quinta: In ex-
pugnatione tali respondẽdũ est ad autoritates ad
uersarioꝝ inductas: ꝓmo ꝙ alique cõcedunt̃ ꝓ q̄n
to fundamentũ veritatis dicunt esse sacrã scriptu
rã ⁊c. sed rite intellectã. Alie similiter conceduntur ꝓ
quanto dicunt sacramentũ altaris aliq̄n sumptum
fuisse a laicis sub vtraqȝ specie: q̄uis ꝓbabilius vi
deat̃ ꝙ hec obseruatio nunq̄ a tẽpore doctoꝝ cõ-
munius apud omnes extiterit. Alie que dicunt sa-
cramentũ altaris integre sumi debere: sicut expssi
us inter omnes allegatos tradere videt̃ Gelasius
papa de cõse. dist. ij. cõperimus. debent exponi de
sacerdotibus ecclesie qui celebrant ꝓ toto popu-
lo: apud quos semꝑ fuit ⁊ est de necessitate ꝑcepti
saltē ecclesie: ꝙ sub vtraqȝ specie cõmunicarẽt: in-
tantũ ꝙ plus obligant̃ hoc facere / q̄ ꝙ ieiuni cele
brent: iuxta cõsiliũ doctoꝝ dicentiũ: ꝙ vbi hõ ve-
niens ad perceptionē sanguinis / reperit ꝓmo ibi
aquã: quã putans fuisse vinũ degustat: ⁊ ita frãgit
ieiuniũ nature: debet cõsecrare noviter vinũ / et ita
sumere. Et ita dicit̃ populꝰ sanguinē bibere: qꝛ mi-
nistrantes ꝓ eis illũ bibunt: prout intelligunt̃ au-
toritates inducte ex canonibus ecclie: ⁊ iuxta ver-
bũ Augustini predictũ: Crede ⁊ bibisti. Est enim mã-
ducatio ⁊ bibitio iuxta cõmunē distinctionem du-
plex. Una spũalis per fidē ⁊ amorē: que necessaria ē
in adultis. Alia est sacramẽtalis: que si sit sine spiri
tuali nedũ nõ proficit / sed officit. Cadit tamen in
ꝑcepto dũ eius sumptio nequaq̄ cõtemnit̃: prout
de cõfirmatione ⁊ extrema vnctione dicit̃ a docto
ribus: que dicunt̃ esse sacramenta nõ necessitatis.
Et de hoc sacramẽto notet̃ quid egit venerabilis
Hugo de sctõ victore in morte sua. Ex quo colli-
git̃ sumptionē sacramentalē nõ esse necessitatis si-
cut baptismũ / ⁊ ex alijs notatis suꝑ quartũ senten
tiaꝝ: per doctores dist. ix. ⁊ ꝑ glossas Joã. vj. Et
j. ad Coꝝ. xj. ¶ Sexta: In expugnatione tali sunt
inducende autoritates doctoꝝ sacre theologie qui
scripserunt in hac materia: quas hic omittimꝰ par-
tim: quia fuerunt sufficiẽter allegate in hoc sacro
cõcilio ante damnationē erroris ꝑdicti: partim qꝛ
multe sunt vulgate ⁊ note. Deniqȝ qꝛ stat pro par-
te hac experientie testimoniũ vbilibet diuulgatũ:
quale q̄ negare debet nõ ratione / sed sensu ⁊ flagel
latione cõpesci. ¶ Septima: In expugnatiõe tali
proficere videret̃ ꝙ serenissimus rex Romanoꝝ in
uocatus a sacro cõcilio acciperet factũ illud prosē
quendũ ⁊ terminandũ sicut ⁊ alias hereses in bo-
hemia: cũ potentia etiã brachij secularis. Attento
precipue ꝙ presens fuit ⁊ est in cõcilio vbi facta sũt
decreta in hac parte. Attento ꝑterea ꝙ in regno
fratris sui cuius est successor hec heresis habet ex
ordium: ⁊ nisi prouideatur serpet in longinquum.
¶ Octaua: In expugnatione tali videret̃ multum
proficere: presertim apud bohemos si conciliũ aut
supposita eius palã ostenderẽt: nedũ verbis ⁊ epi
stolis / sed factis ⁊ exemplis: ꝙ nõ ex odio vel inui-
dia procedit̃ cõtra eos: sed zelo solo fidei ⁊ salutis
animaꝝ. Et hoc tunc fiet eis ꝑsuasibile si videant
⁊ sentiant in factis ꝙ querit̃ in hoc cõcilio extirpa
tio omniũ erroꝝ sine acceptione gentis alicuius vel
personaꝝ: ⁊ ꝙ non solis eis fiat / sicut nec fiet domi
no cõcedente persecutio ⁊ nõ alijs deterius aut nõ
minus errantibus det̃ fauor / dissimulatio / aut etiã
defensio. ¶ Nona: In expugnatione tali videret̃
maximũ esse preiudiciũ: si non libere ↄuenirẽt the
ologi collationes mutuas cũ charitate ⁊ absqȝ cõ
tentione frequenter habituri: cũ pro causis mino-
ribus ⁊ ꝓphanis fiat quotidie alioꝝ cõuẽtio. Rur
sus oportet ꝙ stilus procedendi theologicus ob-
seruetur: non litigiosus aut prophanus. Suꝑ qua
re alibi scriptũ reperit̃ ampliꝰ. ¶ Decima: In ex-

pugnatione tam viderent idonei esse quantū ad ex
pugnationē doctrinalē theologi vniuersitatū illa
rum: que non debent a dñis bohemis de odio vel
inuidia haberi rationabiliter suspecti: ⁊ quos con
stare potest in alijs materijs synceriter ⁊ veraciter ⁊
cōstanter hactenus decertasse sine nota heresis vel
erroris in alijs materijs. Et ad hoc nō dubium est
parati sunt inter ceteros theologi de alma vniuer
sitate parrhysieñ. qui magno in numero presentes
sunt in hoc cōcilio. Sunt ⁊ de alijs vniuersitatibus
preclaris tā numero ꝙ merito theologi ꝑcellentes.

¶ Unde dicūt eorum plurimi qui sup hoc fuerūt sil
cōgregati / ꝙ cōsuetudo licite ⁊ rōnabiliter fuerit i
troducta de nō cōmunicādo laicos sub vtraqȝ spe
cie: ꝑsertim post multiplicationē fideliū. Et hoc ꝓ
pter euitationē multiplicis periculi / irreuerentie ⁊
scandali circa susceptionē hm̄oi benedicti sacra
menti. Primū periculū in effusione. Secundū in
deportatione de loco ad locū. Tertiū in vasorum sor
didatione: q̄ deberēt esse sacrata / nec passim tracta
ta vel tacta a laicis. Et multo minus deberet vinū
cōsecratū vendi apothecis: sicut fit apud tales / vt
dicit. Quartū in barbis longis laicorum. Quintū in
cōseruatione ꝓ infirmis: quoniā posset in vase ace
tū generari: ⁊ ita desineret ibi esse sanguis christi:
nec suscipiendū esse / nec nouiter cōsecrandū sine
missa. Et fieri posset ꝙ daret acetū purū ꝓ sangui
ne christi: addito ꝙ in estate bibliones aut musce
generarent quantūcūqȝ esset vas clausum: quādo
qȝ etiā putresceret / aut fieret velut abominabile ad
bibendū: ⁊ hec ratio est efficax valde. Et ex alia ra
tione qm̄ alij multi ꝑbibissent. Et querit in quo va
se fieret consecratio tanti vini: quantū requireretur
in paschate ꝑ decē aut viginti milibus personarum.
Sextū damnū esset in sumptuositate vini: saltem
apud multas partes in quibus vix inuenit vinū ad
celebrandū: ⁊ alibi chare cōparat. Esset ꝑterea pe
riculū in cōgelatione: esset rursus periculum in false
credulitatis inductione: ⁊ hoc multipliciter. Pri
mo ꝙ tanta esset dignitas laicorum circa sumptionē
corporis christi / sicut ⁊ sacerdotū. Secūdo ꝙ hoc
facere semper fuit ⁊ est necessitatis: ⁊ ita perierūt oēs
⁊ pereunt aliter sentientes / facientes aut docentes:
Et oēs generaliter tam clerici ꝙ doctores ⁊ prela
ti qui nō posse tenus oppo suerūt se tali cōsuetudi
ni / verbis / scriptis aut sententijs: ⁊ ꝙ sacrā scriptu
ram oēs illi puerterent. Tertio ꝙ virtus huius sa
cramēti nō est pncipalius in cōsecratione ꝙ in sum
ptione. Quarto ꝙ ecclesia romana non rite sentit
de sacramētis: nec in hoc esset imitanda. Quinto
ꝙ cōcilia generalia ⁊ specialiter Constantieñ. erra
uerunt in fide ⁊ bonis moribus. Sexto multiplici
ter occasio esset seditionū ⁊ schismatū in christia
nitate nostra: sicut experientia nunc manifestat in
bohemia: que seditio nedū ad spūalem / sed tempo
ralem dissipationē tendit: nisi dei ꝓuidentia ⁊ re
gis romanorum prudentia prouideant ⁊ predispo
nant.

¶ Finit tractatus aduersus heresim nouā de ne
cessaria cōicatione laicorum sub vtraqȝ specie raptim
editus Cōstantie. Anno domini. M.cccc.xvij. die
xx. Augusti.

¶ Tractatus eiusdem
magistri Joannis de Gerson / de probatione spi
rituum.

PRobate spiritus
si ex deo sunt: iubet discipulus
ille quē diligebat iesus. Neqȝ
enī nesciebat illam coaposto
li sui sententiā. Angelus satha
ne transfigurat se in angelum
lucis / sic vt fiat demoniū meridianū: dum pro tene
bris errorum quas ad tēpus celare permittit: lucē ve
ritatis clarā se fingit offerre. Paruit hoc apostolo san
ctum Martinū visibiliter: patet apud alios pluri
mos inuisibiliter: dū teste Bern. sub specie magni
boni ⁊ ardui grande peccatū operit / suggerit et in
ducit. ¶ Probare spūs si ex deo sunt / nō cuilibet
datū est / sed aliquibus ꝑ spm̄ sanctū: qui vnus exi
stens diuisiones gratiarum distribuit singulis prout
vult / ad edificationē corporis christi qd̄ est ecclesia
cui nunꝙ defuit in necessarijs. Sicut igit nō oīm
est ꝓphetare: nec euangelizare omniū est: nec oīm
interpretari sermones: sed aliquorum ex officio vsqȝ i
finē seculi. Sic nō oīm est ꝓbare spūs si ex deo sūt
sed quibus datū est: quales sunt spūales quos vn
ctio docet de oībus / qui ⁊ de oībus iudicant etiam
inter diē ⁊ diem. Quale donū beatus Martinus
⁊ Antonius ⁊ plures alij legunt habuisse. ¶ Pro
bare spūs si ex deo sunt contingit multipliciter. Uno
quidē modo per modū artis ⁊ doctrine generalis
sicut per eruditionem sacrarum scripturarum / diligenti
pioqȝ studio acquisitā. Sunt nimirū scripture in qui
bus putamus nos fidem habere cōtinētes artem:
falsos ꝓphetas a veris: ⁊ ab illusionibus reuelati
ones cognoscendi. Alius inuenit modus ꝑ inspi
rationē intimā / seu internū saporem / siue per expe
rimentalē dulcedinē quandā: siue per illustrationē
a montibus eternis effugantē tenebras omnis du
bietatis. Hoc astit ē māna absconditū: ⁊ nomē no
uū in calculo scriptū: quod nemo nouit / nisi qui ac
ceperit. Hoc Grego. in dialogo: hoc Augustinus
in de cōfessione de seipso ⁊ matre: hoc Hugo de ar
ra anime / cū pluribus alijs notauerūt. ¶ Proba
re spūs si ex deo sunt per regulā artis generalem ⁊
infallibilē ꝓ particulari casu: aut nō potest aut vix
potest humanitus fieri: sed requirit donū spūssan
cti / quod apostolus nominauit discretionē spūum:
quo dono fit vt mens nedū in se ⁊ de se sciat ꝓba
re spūs si ex deo sunt: sed etiā de alijs ⁊ in alijs no
scit. Hic autē est modus tertius alius a ꝑdictis pro
bandi spūs: quoniā primus est doctrinalis: secun
dus est experimētalis: tertius officialis ex officio
hierarchico atqȝ spūali dono cōcessus. Itaqȝ sicut
nemo nouit que sunt spūs / nisi spūs: ita nemo co
gnoscit infallibili certitudine ea que per solā expe
rimentalē noticiā vel sentimentū interius ⁊ sensus
agunt in alterius animo. Quēadmodū ergo tra
dere regulā generalē q̄ distingueret infallibiliter
inter visionē somnialē ⁊ illā que fit in vigilia: nul

fus facile posset ꝓpter varias similitudines inter vtrasqꝫ visiones: multo magis in ꝓposito. Scit nihilominus hō vigilans se certitudinaliter ꝛ experimētaliter videre: Quis nō ignoret se habuisse in somnijs visiones valde vicinas ꝛ similes sue vigilie: adeo ꝙ somniū suū narrare somniando q̄nqꝫ videatur: Quis dicat Seneca esse vigilantis somniū narrare. Scit similiter hō spūalis in vigilia ꝟe lucis diuine positus/videre se diuina q̄ videt ꝟe sentire/odorare ꝛ sapere. Quare? qꝛ vigilat. Potest nihilominus recogitare ex se vel alijs ꝙ nōnunꝙ ponit in quodā somnio naturalis cognitiōis aut diabolice illusionis: qui dū sic se habet ꝛ quodam modo dormit ad diuina/ putare pōt ꝙ vigilet ad ea/sicqꝫ falli. Uidit hec beatus Greg. asserens spiritus ꝓphetaꝝ nō semꝑ esse in potestate vel distincta cognitione ꝓphetaꝝ. Probans hoc per Nathan/q̄ ad Dauid cogitātē edificare domū dei respondit. Omne qḋ est in corde tuo vade ꝛ fac: quoniā dn̄s tecū est. Cuius cōtrarium ipa nocte reuelauit ei deus. ¶ Probare spūs si ex deo sunt ex primo modo (q̄ magis est ad ꝓpositū/videlicet ꝑ scripturā sacrā ꝛ eruditos bonos in eadē: qꝛ de peruerse viuentibus quale iudiciū nisi ꝑuersum ꝛ illusorium reportare sperabimus) contingit multipliciť ꝛ sufficiēter quantū ad ꝓsentē spectat militiā/et ad statū cōmunē viatoꝝ. Qua suꝑ re nedū vnum ab vno/sed plures a diuersis tractatus cōpositos inuenimus: quos nūc manualiter habere fas esset: ꝛ diligenter inspicere dū in hoc sacro cōcilio querit tractari de canonizatiōe sanctoꝝ/ꝛ examinatione doctrinaꝝ suaꝝ: ꝓsertim vnius q̄ Brigitta nominatur assueta visionibus quas nedū ab angelis/sed a christo ꝛ Maria ꝛ Agnete ꝛ ceteris sanctis familiaritate iugi sicut sponsus ad sponsam loquiť/se asserit diuinitus suscepisse. ¶ Est aūt vtrobiqꝫ vť in approbatione vel in reprobatione periculū. Approbare eni͂ falsas ꝛ illusorias aut friuolas visiōes ꝓ veris ꝛ solidis reuelationibus quid indignius? q̄d alienius ab hoc sacro ꝯcilio? Reprobare vero nūc eas q̄ multipharie multisqꝫ modis quaquauersum ꝑ diuersas nationes ꝓbate dicunť: nō parua earunde scandaloꝝ in christiana religione ꝛ deuotione populoꝝ formidatio. Deniqꝫ in ipo etiā silentio ꝛ dissimulatione/ex quo res in mediū posita ē: nōnihil esse discriminis ꝑtimescimus. Inuenire ꝟo mediū aliqḋ vel expeditū iter hec extrema/laudabile q̄dē sit aut affectabile sit: nec dū satis cernimus exploratū. ¶ Probare spūs ꝑ modū artis ꝛ

c

ueniant̄. Probat̄ ista: q: papa sic arguit in decre-
tali: Cū de q̄busdā. Qui nō renunciāt ꝓprijs/ non
sunt religiosi: ergo ꝓprijs renūciantes sunt religi-
osi. Et omnis religiosus est necessario simul cum
paupertate ad alia duo ꝯsilia veracit̄ obligat⁹ &c.

Ordo et numerus articu

lorū et cōclusionū predictoꝝ. j. ¶ Proprietas tē-
poraliū reꝝ statui seculari essentialiter est annexa.
ij. ¶ Nullus sine peccato potest illud abijcere quo
retento potest cōuenienter viuere sm̄ statū suum:
iij. ¶ Omnes peccant qui bona sua simpliciter in
elemosynam largiuntur propter Christum.
iiij. ¶ Abdicationē omniū propter christū nullus
facere potest extra veras religiones manendo si-
ne peccato mortali: et dico veras religiones p sedē
apostolicā approbatas. v. ¶ Papa non pōt dis
pensare cū secularibus vt oib⁹ in singulari careāt.

vi. ¶ Si papa posset alicui cõcedere/hoc tũc posset ei cõcedere proprie vite subtractionẽ: quod est cõtra preceptũ decalogi: Nõ occides. vij. ¶ Religiosus non potest sine peccato mortali abdicare voluntatẽ habendi cõmunia/quãdo actu talia nõ habet. viij. ¶ Q, aliquis sit voluntarie pauper ꝓpter christũ in seculo manens oĩno nihil habendo in singulari: nec etiã ipsam voluntatẽ habendi propria includit omni tempore contradictionem. ix. ¶ Nullus põt paupertatis cõsiliũ meritorie obseruare nisi fuerit in statu spũalis perfectionis siue vere religionis: dico autẽ veram religionẽ secũdo modo dictam religionẽ. x. ¶ Reputantes se benefacere assumendo paupertatẽ que est saluatoris consiliũ: remanendo in statu seculari peccant mortaliter. xi. ¶ Abdicare omnia etiã propter christũ/nisi veram ꝛ approbatã religionẽ ingrediatur est sibi ꝛ suis quoꝝ cura sibi incũbit vitã subtrahere/quod est homicidiũ cõmittere tot hominũ quot eius cure subduntur. xij. ¶ Credentes se mereri vitam eternam tali abdicatione credunt se posse mereri vitam eternam mortaliter peccando. xiij. ¶ Effundi omnes opes simul ab his qui volunt in seculo manere: reducit quasi immediate ad illud preceptũ: Non occides. xiiij. ¶ Dicẽs omnia meritorie esse abijcienda propter christum remanenti in seculo est hereticus iudicandus.

xv. ¶ Nullus potest meritorie ꝛ ſm dctũ obedientie/paupertatis ꝛ castitatis consilia extra veras et approbatas religiones manendo adimplere.

xvi. ¶ Tria saluatoris consilia sunt sic cõcathenata: vt vbi paupertas meritoria inquantũ est saluatoris consilium inuenit: oportet vt necessario alia duo. s. castitas ꝛ obedientia inueniant̃ que a paupertate separari nõ possunt. xvij ¶ Matrone seu mulieres cõmunẽ vitam ducentes insimul cõmorantes/beguttę vulgariter nuncupate: quoscũq; errores nõ tenentes aut predicantes: seu aliis de erroribus vel heretica prauitate nõ suspecte eterne damnationis sunt filie: ꝛ eaꝝ status est prohibitus et damnatus. xviij. ¶ Peccant qui propria sua resignant nõ intrantes religionẽ approbatã. Ratio est ſm eum: quia religiosoꝝ est carere proprio: sicut secularibus est necessarium retinere proprium.

xix. ¶ Non licet presbyteris ꝛ clericis cõmunem vitã ducere: nisi in religione approbata sub pena peccati mortalis. xx. ¶ Peccant omnes q̃ fouẽt consilio ꝛ auxilio cõmunẽ vitã ducentes extra religionẽ approbatã. xxi ¶ Excõmunicati sunt oẽs cõmunẽ vitam ducentes extra religionẽ approbatam. xxij. ¶ Q, similiter excõmunicati sunt illi q̃ vitam cõmunẽ extra religionẽ approbatã ducentibus prebent elemosynas. Et qui tales fouent consilio ꝛ auxilio vel defensione similiter stant ꝛ sunt in statu ꝑpetue dãnationis: ꝛ nisi de hmõi excessibus eoꝝ magna cõtritiõe penituerint/ad vitã eternã non possunt ꝑuenire neq; salui ꝑmanere. xxiij. ¶ Omnes vitã cõmunẽ ducentes extra religionẽ approbatã sunt illi a q̃bus saluator noster ꝓcipit esse abstinendũ/ꝛ tãq̃ a falsis ꝓphetis attẽdẽdũ. xxiiij. ¶ Quilibet faciẽs cõtra iura canonica/peccat mortaliter. xxv ¶ Nullus corꝑe validꝰ absq; cõi vtilitate ꝛ necessitate põt extra vas religiones siue pcrõ elemosynas christifideliũ tollere ꝛc.

Reuocatio et abiuratio

ꝓdictoꝝ articuloꝝ ꝛ conclusionũ.

Ego frater Mattheus grabon ordĩs fratrũ ꝓdicatoꝝ ꝓfessus cõuentꝰ Vuysmarieñ. Werſburgeñ. dioceſ ꝓuincie saxonie: cognoscens verã catholicã ꝛ apostolicã sedez anathematizo ꝛ abiuro oĩnẽ heresim/ omnemq; falsam ꝛ erroneã doctrinã: in quodã meo opusculo/tractatulo seu libello incipiente: Suppono me ꝑmo q̃ nõ intendo infrascripta: neq; quomodolibet alia ꝑtinaciter defendere ꝛc. ꝛ sic finientẽ: ꝛ aliã specificat Joãnes an. cuiꝰ inuentrices seu assumptrices ꝯscientiã peccatũ reputabãt (vt inuenitur in glo. vtriusq; suꝑ dictũ ca. Et ꝑ hec patet respõsio ad decimũ) maxime ad decẽ ꝛ septẽ cõclusiones ꝑuersas siue assertiones: quarũ alie sunt hereticę/alie erroneę/ꝛ alie scandalose/ac piarũ auriũ offensiue: ꝑ me editas ꝛ manutentas in dicto peruerso opusculo siue tractatulo aut libello cõtentas: de q̃ hactenus infamatus/cõuictus ꝛ sentẽtialiter ꝯdẽnatus sum. Cõsentio sancte romane ecclesie ꝛ apostolice sedi. Ac corde tore puris ꝓfiteor eandẽ fidẽ ꝛ doctrinã me tenere ꝛ credere quã sancta mater ecclesia tradidit ꝛ firmauit. Jurans ꝑ sanctã trinitatẽ/ꝛ ꝑ hec sacrosancta christi euãgelia/ eos q̃ ꝯtra hanc fidẽ orthodoxã veniũt cũ dogmatibus suis eterno anathemate dignos esse. Promitto etiam q̃ si ego ipse aliquando cõtra hec aliq̃d sentire/docere aut ꝓdicare ꝓsumpsero: canonũ seueritati me submitto. Presenti abiurationi ꝑ me lecte ꝛ perlecte manu propria me subscripsi: hancq; meã cõfessionẽ ꝛ abiurationẽ corã vestra reuerendissima paternitate dñe cardinalis aquilegeñ. iudex ꝛ cõmissarie/reuerendisq; patribus dñis prelatis/doctoribus ꝛ magistris hic presentibus ad hoc specialiter vocatis ꝛ requisitis feci ꝛ approbaui ad futurã rei memoriã in testimoniũ premissoꝝ.

¶ Tractatus eiusdez

cancellarij parrhysieñ. cõtra sectã flagellantium ſc ꝛc. sub aliquibus cõsyderationibus.

Lex Christi dicitur lex amoris: q̃ q̃ dñs sic dic aug. voluit paucissimis sacris eẽ ꝯtẽtã. Et ide culpat eos q̃ ſuilibꝰ eã ꝓmũt oneribꝰ: cõformiẽ ad illud ꝑmi pastoris petri Act. xv. Quid tentatis deũ imponere iugum suꝑ ceruicẽ discipuloꝝ: q̃d neq; nos neq; pr̃es nr̃i portare potuimꝰ: sed ꝑ grãm dñi nostri iesu christi credimꝰ saluari/quẽadmodũ ꝛ illi. O piũ verbum/ certe verbũ oĩ acceptiõe dignissimũ. ¶ Lex christi nõ minꝰ debet in cultu suo vitare supstitiones gentiliũ ꝛ idolatraꝝ: ꝓsertim crudeles ꝛ horrendas q̃ antiq̃ lex: in q̃ tñ ꝓhibitio fit ꝑ expssum Deutero. a

piū. vbi dicitur: Filij estote dñi dei vestri: nō vos
incidetis. Glo. Nō debetis in aliquo idolatris as
similari. Et in Hebreo habet: Nō vos lacerabi-
tis: hoc aūt faciebāt idolatre: sicut habet. iiij. Re.
xviij. vbi dicit / ꝙ incidebāt se iuxta ritū suū cultris
ꝛ lāceolis / donec ꝑfunderent sanguine. Cōpertū si
quidē ē ꝛ traditū homicidas illos ꝛ apostatas de-
mones esse cupidos effusionis sanguinis / ꝓsertim
humani. ¶ Lex aliqua q̄nto est iniquior ꝛ demo-
nijs obsequētior / tāto semper inuenit crudelior ꝛ
amarior. Patet in illis qui filios suos ꝛ filias im-
molabāt demonijs. Hinc dñs ait ꝑ ꝓphetā: Ser-
uietis dijs alienis / q̄ nō dabūt vobis requiē: chri
stus aūt ex gr̄a sua (sicut notat in dicto Petri pri-
us allegato) voluit nos misericorditer saluare ꝑ
sanguinē suū semel effusum: ꝑ quem factus est no
bis a deo sapiētia / iusticia / sanctificatio ꝛ redēptio
B ¶ Lex christi maximā sortitur virtutē ex misericordia ꝛ
gratia sua: cui⁹ gratie vasa sunt sacramēta noue le
gis ex virtute opis opati: ꝛ ideo q̄cq̄d auertit a sa-
cramētis suscipiēdis / ꝓsertim a sacro ꝯfessiōis / de
bet reijci fideliter. Cōstat aūt ꝑ experientiā / ꝙ taliter
se flagellātes nō curāt de sacro ꝯfessiōis vel peni-
tētie sacramētalis: dicētes ꝙ hec flagellatio poti-
or ē ad delēdū pctā q̄ q̄cūq̧ ꝯfessio: imo eā cōpa-
rāt nōnulli vel ꝓponūt martyrio: qm̄ faciunt inq̄
unt vltro fundendo sanguinē ꝓpriū: quod ab alijs
martyres pati cogebant. Formidandū tamē istic
est: ne apud personas clericales et in locis sacris
causet hec pollutio sanguinis vel excōmunicatio
nē vel irregularitatem vel cōtaminationē ꝛ ꝓpha
nationē in eisdē locis sacris. ¶ Lex christi prohi
bet sollicite penitētias publicas dandas esse cleri
cis / sacerdotibus ꝛ ꝓlatis / ꝓpter reuerentiā status
clericalis: quāto minus debēt tales ꝑsone suscipe
re penitētias hmōi publicas: sicut sunt (vt fertur)
multi de numero se flagellantiū: q̄ licet videantur
celare se: tamen satis cognoscunt. Silr diceret de
personis insignibus in vtroq̧ sexu: de seruāda in
super verecundia iuuencularū ꝛ iuuenū illic se de-
nudantiū: ꝛ de nō infringēda grauitate viroꝝ / vel
autoritate minuenda parentū. ¶ Lex christi si vi
deatur flagella indulgere / iuxta illud: Ecce ego in
flagella paratus sum. Nihilominus circumstantie
debent apponi / quibus rationabile fiat obsequi-
um nostrū. Vna ꝙ hmōi flagellatio fiat iudicio su
perioris imponētis talē penitentiā: et quod ab al-
tero fiat / et moderate et sine scandalo et ostentati-
one ac sine sanguine / iuxta traditionē Guil. Par-
rhysien. quemadmodū fit hmōi flagellatio in re-
ligionibus approbatis / et ab aliquibus deuotis
personis. Sed aliter longe videmus in illis q̄ re-
C probamus flagellis obseruari. ¶ Lex christi de-
clarata ꝑ ecclesiam: cui⁹ autoritas maior est in sua
consuetudine dicente sancto Tho. q̄ sit autoritas
vnius doctoris / sicut Hieronymi vel Augustini:
semꝑ sectam flagellantiū se reprobauit / postq̄ in-
surgere videbatur in diuersis mundi partibus: et
hoc de memoria pluriū hominū viuentiū / tam in
Lothoringia q̄ in alamania et in Francia pluri-
bus in locis iuxta narrationes hominū et chroni-
cas Francie / ac scripturas fidedignas. ¶ Lex chri
sti frequenter prohibuit multas obseruationes
beghardorū et beghardarū. que in prima sui in-
troductione ꝓtendebant speciē magne religionis
ac multi fructus spūalis in animabus / et exempla
salutis atq̧ austeritatis. Prohibuit inquam pro-
pter sequelas malas et multas: que sub hoc prete-
xtu fieri sunt inuente. Nō eīm est malū quod sub-
sistere posset / si nō aliquam speciem haberet in se
boni: propterea fallit hec argumentatio: Proue
niunt ex hac secta flagellatorū multa bona: nō igi
tur tollenda vel reprobanda. ¶ Lex christi nedū
ordinat hominem ad deum / sed etiam ad proximum
et ad principem seu prelatum suum: ꝓpterea non
debet qualiscunq̧ ritus introduci per populos q̄
possit causare seditionē vel partialitatē vel super-
stitionē: sed debēt oīa regulate fieri ꝛ ordinate sb
mandato ꝛ ordinatione superioris / vt nullatenus
ordo hierarchicus confundat: quod fieret si quili-
bet ad arbitrium suum posset instituere vel fouere
nouū ritum sine duce / sine lege stabili / sine ordine
vbi sunt iuuenes ꝛ virgines / senes cū iunioribus
simul in vnum diues ꝛ pauper / ꝛ illorum turba ma
gna: de quibus ait Ecclesiastes: Stultorum infini
tus est numerus. ¶ Lex christi sufficiēter data est D
in ꝓceptis decalogi: quoꝝ obseruatio facta cū bo-
na simplicitate: et vt ita dicat grossa fide / satis est
ad salutē / ꝓsertim laicoꝝ ꝛ populariū / absq̧ nouis
grauissimoꝝ onerū impositione: iuxta illud Chri-
sti: Si vis ad vitā ingredi / serua mādata. ¶ Nec
valet si dicatur ꝙ populares suscipiunt voluntarie
tales flagellationes sine ꝓcepto alio: dū inuenitur
ꝙ ipsi diuina ꝓcepta liberius in multis inde con-
temnūt. Est eīm cōtumax humana natura: q̄ post-
q̄ destituta est ab originalis iusticie statu: cupidi⁹
fert in illa q̄ sunt adinuētionis sue q̄ que sunt di-
uine iussionis: ꝛ hic est vnus superbie grad⁹: quē
apud religiosos loquitur Bern. inueniri: dū pl⁹
gaudent in abstinentia vel oratiōe particulari spō
tanee sumpta q̄ i tota regulari disciplina. ¶ Lex
christi sufficienter ab apostolis et sacris doctori-
bus explicata: non inuenitur tales nouitates fla
gellantium se constituisse ꝓdicando vel aliter: sed
potius reprobasse tanq̄ suspectissimas et pericu-
losissimas: et que vergere possunt in scandalum
christianorum apud iudeos / saracenos et paga-
nos: tanq̄ lex Christi sit austera / crudelis / ꝛ in san
guinibus / nō in miserationibus enutrita. ¶ Lex
christi docet ex premissis ꝛ similibus multis prela
tos ecclesie pastores ꝛ doctores / immo ꝛ ꝓncipes:
ꝙ sectam hmōi cruentam ꝛ sanguinolentam (gal-
lice sanglate) studeant et laborent destruere seu
compescere: tam bonis predicationibus et bo-
nis suasionibus / q̄ censuris nedū ecclesiasticis sed
etiā tpalibus more ꝓdecessoꝝ: attēto ꝙ sub hoc ve
lamine ac ꝓtextu penitētie fiunt innumera mala:
sicut experti testant. Insurgūt hereses: vilipēdū-
tur ꝑ ꝓprij sacerdotes: ꝯtemnunt ꝯfessiones ꝛ peni-
tētie sacrales: extorquent dolosis modis pecunie:
ocia q̄ pigros occidūt nutriunt: Silemus de fur
tis / de stupris ꝛ adulterijs: de piculis q̄ sunt in sal-

fis fratribus/ et fraudulentis sollicitationibus ad
omne facinus atq; flagitiū: ita vt bonis et malis
hincinde statbera iusta vel equa lance pēsatis/ma
la mlto plura ꝙ bona parturire cognoscatur hec
secta se flagellantium pridē et plures iam damna
ta. Propterea dum repullulat vel excrescit / toto
studio funditus euellenda proterendaq; censetur.

E ¶ Uerū quoniā oportet in hoc malo iam radica
to/ et quod latissime serpit ꝓcedere pedetētim et cau
te dum querūtur eradicari zizania flagellatoꝝ hu
iusmodi/simul euellatur et triticū prius seminatū
boni salubrisq; verbi dei. Noteī igitur cautela q̄
druplex infra scripta. ¶ Fiat in primis exhorta
tio vehemēs et crebra de et sup autoritate sacri cō
cilij dū illud est. Similiter de autoritate pape et ec
clesie romane: quatinus quilibet habeat ꝓmptitu
dinē animi/parere vel obedire mandatis vel insti
tutionibus seu concilijs predictorū: quemadmo
dū facit egregius et feruidus predicator magister
Uincētius: sicut patet ex literis ꝓpria manu sub
scriptis/nouissime missis Constantiā. In quotidi
anis inquit recōmendationib⁹ sacri et vniuersalis
cōcilij ꝯstan. quas facio post sermonē docui et do
ceo omēs fideles/ submittere omīa facta et verba
ac etiā scripta determinationi ac etiā correctioni
eiusdē sacri concilij. Subdēdo. Et sic facio ī om
nibus factis et dictis/ac etiam scriptis meis. Hec
ibidē que manifestant discretam humilitatē et hu
milē discretionē tanti viri: que discretio posita est
a sanctis patribus ductrix aurigaq; virtutum: dū
instar deuoti Bernardi plus alieno ꝙ ꝓprio cre
dit iudicio. ¶ ¶ Porro nō est formidādū retra
ctationis (que forsan opponeī) opprobrium. Sit
in exemplo btūs Aug. cuius retractatio nec inho
norauit eū/nec autoritatis dictorū suorum robur
euertit. Nihil enī (vt quidam ait) efficacius ad do
cendū/ꝙ verbū verax/simplex et humile/ nihil ha
bens fictionis vel supbe ꝑsumptionis admixtum:
qm̄ deus est qui cū simplicibus gradiī: dans eis
gratiā et virtutē vberibus suis: sine qua laborat in
vanū lingua loquētis. ¶ Fiat ostēsio quēadmo
dum fuerūt quādoq; inchoata pia deuotiōe/q̄ ꝓ
cessu tēporis inueniūtur deteriores exitus accipe/
vel ꝓpter scandalū pusilloꝝ/vel ꝓpter scientie de
fectū: sicut loqtur de quibusdā Apls: Testimoniū
inquit ꝑhibeo eis: qꝛ zelū dei habēt/sed nō ſm sci
entiā. Fiat itaq; sic docēdo/sic ꝑdicando: ꝙ nō ita
reprobabūtur ꝑsone singule/que ꝑsentibus tēpori
bus flagellauerūt se: ꝙ videanī nunc damnande/
vel penitus execrande: dummodo deinde obedi
ant monitioni salutari inculcando: quemadmo
F dū melior est obedientia ꝙ victime. Et ꝙ iussione
diuina in omni sacrificio tuo sal offeres. Fiat ex
hortatio diligens et vehemens super laudib⁹ pa
tientie/que perfectū opus habet: ꝑferendo eam ta
libus vltro acceptis flagellationibus: iuxta quod
loquitur Aug. conformiter ad Senecā: ꝙ aduersi
tates seculi huius nō tam infligende sunt ꝙ dum
euenerint patiēter tolerande/faciendo per patien
tiam de necessitate virtutē. Non sum tam demēs
(inquit Seneca) vt egrotare velim: sed si egrotan
dum est/patienter tolerabo. Debebunt ꝑinde nu
merari diligenter atq; singillatim tribulatiōes va
rie/nūc temporales/nūc spirituales: que assidue no
bis dant et ingerunt velimus nolimus patientie
materiā: cuiusmodi sunt infirmitates/ pauperta
tes/vexationes/angarie/mortes parentū atq; filio
rum/bella/rapine/incendia/detractiones/ contu
melie/labores manuum in agricolis et mechani
cis/tentationes rursum varioꝝ peccatorū: qm̄ in
tus pugne et foris timores. Et quis cunctas huius
modi tribulatiōes dinumeret? que tot et tales sunt
ꝙ non oporteat nouas superinducere: quoniā sa
tis esset tolerantia fortis tribulationum huiusmo
di quotidianarū ꝓ purgatione magna peccatorū:
ꝑsertim adiuncta contritione et humili confessio
ne in re vel ꝓposito/tempore et loco. Iuxta quod
rogabat quidam: Fiat pars purgatiōis mee pur
gatorium meum: labor quo hic per singulos di
es exerceor. Et profecto sic est: plus aliquādo va
let pia flagellorum dei sub eius manu tolerātia si
ne murmure/sine reprehensione diuinorum iudi
ciorum/sine rancore vel odio cōtra superiores su
os/vel alios affligentes se iuste vel iniuste: ꝙ si ma
nens iracundus et impatiens nedum flagellaret
seipsum ad sanguinem/ sed laceraret et decerpe
ret membratim ad mortem. ¶ Immo sicut nō li
cet hominem seipsum ꝓpria autoritate mutilare
vel castrare nisi ꝓ sanitate totius corporis con
sequenda: sic nec licet (vt videtur) ꝙ a seipso quis
sanguinē violenter eijciat: nisi causa medicine cor
poraī. Alioquin simili ratiōe posset se homo cau
terizare per ferrū ignitum: quod adhuc nemo po
suit vel concessit/nisi forte idolatre vel falsi chri
stiani/quales reperiuntur in India: qui se putant
baptizari debere per ignem. ¶ Fiat in speciali ve
lut in quadam radice prouisio solers et exacta cir
ca societatem istam multum numerosam: a qua vi
detur inchoata vel saltem multum continuata et
obfirmata flagellatio talis. Unde cum dicant se
sub obedientia esse: primitus imperandum est/ꝙ
desistant et desistere suadeant alios sub modera
tione que dicta est: videlicet nisi vel quousq; sa
crum concilium vel ecclesia romana mandauerit
vel tolerauerit hec fieri: allegando regulam mo
ralem/ ꝙ vbi dubitatio surgit de aliquo actu/ an
possit licite fieri vel omitti: tutius est omittere ꝙ
facere. Presertim vbi factio generare cernitur
scandalum aliorum. Unde est illud Apostoli: Si
esca scandalizet fratrem meum/ nō manducabo
carnes in eternum. Uideretur ꝑinde numerus ta
lis coartandus et sollicite purgandus: ne sub eo
rum multitudine etiam bonorū: mali et reprobi de
litescant. Deniq; populus quādo erigiī ad noui
tates: ille sunt illis ingerēde/in quibus est tuta sa
lubrisq; deuotio: sicut de misericordia sanctorū et
recursu ad eos/vī ad angelū ꝓpriū custodē: ad san
ctū cuius nomen persona gerit: ad illā matrē dei et
virginalem sponsum suū Joseph/ numerādo ꝑro
gatiuas eorū. ¶ Proinde si ꝑdicandū fuerit de fi
nali iudicio vel antichristo/fiat hoc in generali. cō
cludendo ꝙ in morte quilibet habet suū iudicium

proximū et incertum. Q₃ si quis inducere volue-
rit miracula noua super Antichristi aduentu pro-
ximo: notet ꝙ mundus senescens paritur phan-
tasias falsorum miraculorum. Sicut homo senex
phantasiatur in somno: propterea sunt nūc habē
da miracula valde suspecta/ nisi facta prius exa-
minatione diligenti. ¶ Obseruandū pterea sum
mopere videtur apud tales de societate/ ꝙ nullo
modo viuant damnose si laborare possint: vt sint
ad monitionem et exemplar laborantiū, vt preter
ea nihil agant contentiose ꝛ velut ex vituperio et
contemptu prelatorū maiorū ꝛ minorū/vel aliquo
rum generaliter clericorū: neq₃ in pdicationibus
faciendis/neq₃ in confessionibus audiēdis. Pro-
pterea debent in omni loco quo primo venit/pri
mitus habere collocutionē ꝛ beneplacitū cū eccle-
siasticis vel eorum capitibus: ne schisma forsan fiat
laicorū ad clericos/vel econtra. ¶ Tandē si for-
te senserit doctor insignis magister Vincētius nō
posse conuenienter super pmissis salubriter ꝛ effi-
caciter puidere: videtur consultius vt ad tempus
segregaret psentiā suā/effugiens tantā societatē:
quod si posset visitando sacrū conciliū/vel altera
occasione sibi sūpta. ¶ Hec interim notata sunt
velut in quodā transcursu/magis ad rememoran-
dū ꝙ docendū. xviij. Julij: Anno dñi. M.cccc.xvij
Constan. tempore concilij.

Epistola missa magistro

D Vincentio ordinis pdicatorū dei semiuerbio fer-
uentissimo: coram se flagellantes p magistrū Jo-
annē de Gerson.

NOminatissimo doctori et predicatori ze
lāti salutē animarū/ magistro Vincētio
de ordine fratrū predicatorū/patri meo
in christi charitate dilectissimo Joanni de Ger-
son. Tāta ꝯ virtutibus tuis doctor egregie fama
referente crebrius accepi tanta specialiter in col-
locutione familiari cū reuerendo patre dño gene
rali tui ordinis pdicatorū agnoui: vt mihi videa-
ris recte figuratus fm nomen tuum per illud Apo
cal. quo speculator toti⁹ ecclesiastici decursus Jo
annes ait: Vidi ꝛ ecce equus/et qui sedebat super
illum habebat arcum: et data est ei corona: et exijt
vincens vt vinceret. Existi quidē vt vinceres o vin
centi gloriose: sed quales tu vinceres/qua ratione
quibus armis/quo apparatu bellico: quali arcu
tu tandem ipse coronatus triumphares? Respon
det ille cuius es imitator Paulus/dicens: Arma
militie nostre nō esse carnalia/cum reliquis simili-
3 bus: qualia melius ipse nosti. ¶ Suppetunt hoc
loco plurima cordi meo/que liberius et forsan vti
lius verbo: ore ad os ꝙ calamo mutu reserarē tue
sapientie/nisi ꝙ aliorsum me trahunt occupatio-
nes alie: Et quia te grauibus assidue laborib⁹ in-
tentū ptrahere longa scriptorū serie nō visum est
satis equum vel modestum: hoc vnū quod in vo-
tis nedū magis/ sed ꝙ plurimorū versat aperiam.
¶ Reddunt tue charitati tuoq₃ zelo pacis eccle-
siastice testimoniū hoc insigne hoc celeberrimū p-
conium tuū multi/tū nolati: pfatus mgr ac dñs gene

ralis: ꝙ inclyto arrogonū regno nūꝙ fuissent cō-
cordata pacis capitula/nūꝙ subtractio: q̄ tam vi
riliter ꝛ legitime facta est ab illo nimis pchdolor
erga matrem ecclesiā obdurato Pe. de luna fuis
set attentata: si nō autoritatis tue pondus et con-
silij robur addidisses: cuius fauoris tā egregij nos
ipsi sacro generali concilio presentes desyderatissi
me pacis annis iam fere. xl. miserabiliter exulan-
tis/fructuз et reditum primū expectamus. ¶ Et
o te felicem/o te ter quaterq₃ beatuз si psentialiter
adesses: si nō auditu solo/sed proprijs oculis co-
rā cernere volueris ppinquā velut i ianuis summi
pōtificis electionē: si videlicet efficaci celeritate se
positis interim turbis: iocundaз tue psentie faciē
huic eidē sacro concilio ꝯspiciendā/ attuleris fru
ctū (nisi fallor) ampliorē: ꝛ te tuisq₃ morib⁹ dignio
rē afferres/ꝙ si hoc neglecto permanseris in ince
ptis. Memineris beati Pauli ad Gal. scriben-
tis: Deinde ait post annos. xiiij. ascendi Hieroso
lymā cū Barnaba et tyto: ꝛ contuli cū illis euan-
geliū quod pdico in gētibus. Seorsum aūt his q̄
videbantur aliquid esse: ne forte inuanū currerem
aut cucurrissem: Hoc satis p ma re tibi dictū pu-
to. Est siquidem apud nos altera velut hieroso-
lyma: sunt apostolorum successores reuerendissi-
mi/et deo amabiles plati. Sunt legis doctores i
cuз quibus tuā ipsam predicationē conferre tam
salubriter ꝙ humiliter poteris: vt interim sileaз de
alio psectu multiplici sperato si veneris. Crede mi- R
hi doctor emerite: multi multa loquunt sup pdica
tionibus tuis/ ꝛ maxime super illa secta se verbe-
rantiū/qualē constat pteritis tpibus fuisse pluri-
es/ꝛ in varijs locis reprobatā: quā nec approbas
vt testātur noti tui: sꝫ nec efficaciter reprobas. Ja
ctātur inde varij rumores per populos: ꝛ apꝺ nos
quorū multa: et si neq₃ vera neq₃ credenda cense-
ant: ab illis qui te (sicut Persius loqtur) intus et in
cute nouerunt: nihilominus exemplo Pauli/q̄ p re-
uelationē certissimus erat pdicationē suā esse fm
deum: voluit ppter cōdescensionē ad infirmos p-
pter autorizationē insuper pleniorē per aplos de
scendere in hierusalē et collationē hre cum aplis.
¶ Sic agere placeat nominatissime magister ac
dñe/ ac interim bñ vale: beniuolus susceptor hu⁹
literule quā in pcinctu scripsi: die q̄ solēnitatē ipsi
us quē pnominaui barnabe btissimi Pauli ꝯsor-
tis pueniēdo recensebā. ix. Junij in vigilia sacro-
sancti sacramenti. Porro qꝛ nescio si forte non ex
audiat hanc exhortationē zeli mei tua prudēs dis-
cretio/nolēs huc accedere de psenti. Judicaui te-
cum agere sicut mihi in veritate conscius sum/ ꝙ
in simili vellē erga paruitatē meā fieri ꝛ syncériter
agi. Mittimus reuerendus pater pnominatus ꝛ
ego querelas aliquorū/q̄ in manus nostras nedum
verbis sed scriptis deuenerūt: ꝛ id agimus nō ad
damnationē tuā/nō ad inculpationē/ nō ad irrita
tionē: nouit deus: sed cautelā super his omib⁹ am
pliorē. Scio millies expertus ꝙ varia sepe/ ꝙ fal-
sa de pdicātibus referunt/partim ex arrogāti quo-
rundā malicia/ꝯtemptu vel inuidia. Scio deniq₃
qui ait: Da sapiēti occasionē ꝛ festinabit accipere

Interim bñ vale in dño: qui tuã in bono viã dirigat/custodiat ꝛ confirmet: Amen. ¶ Finit.

L Reuerẽde magister ꝛ pater charissime: familiaria colloquia q̃ tecũ in Janua ꝛ padua: ꝛ quãdoq3 alibi me habuisse recolo: sermonesq3 tui salutares quos audiui: ꝙ te oĩe bonũ/ꝑcipue que humilitatẽ/que virtutũ omniũ fundamentũ ꝓsumere agunt. Ideo cũ dilecto fratre et socio meo cãcellario parrhysieñ. ad ꝑmissa te charitatiue exhortari persuasus sum. ¶ Tuus ꝑ omnia Pe. cardinalis cameraceñ. post scripturam et datam literarũ istarum fuerunt die veneris vltimo preterita/ vniti sacro concilio dñi castellani: qui similiter ad alios fecerunt ꝛ publicauerũt subtractionẽ a Petro de luna. Digneris ad pacẽ regmi/immo et regnorum laborare: ꝛ bñ vale. Scriptum. xxi. Junij. Cõstantie. Uale in domino: qui tuam in bono viam dirigat/custodiat et cõfirmet Amen. Tuus ad te deuotus Joannes cancellarius parrhysieñ.

¶ Finit epistola magistri Joãnis de Gerson ad sanctum Uincentiũ ordinis ꝑdicatorum missa: in qua hortatur vt conciliũ Constañ. sua ꝑsonali ꝑsentia accedere digneẽ: sectãq3 se flagellantiu3/vt ad tempus deserat/modestissime persuadet.

¶ Tractatus contra

ꝓprietarios regule August. qui ascribiẽ cancellario parrhysieñ. q̃uis suus nõ esse verisimili9 sit: q3 neq3 in stilo neq3 in doctrina scriptis suis ꝓrsus concordat.

M Zelus dom9 tue Augu. pater amicorũ/ salus obsequiu3/debitũ/synceraq3 dilectio aduersus ꝓprietarios regule tue ꝓfessores ꝛ proprietatis defensores/ amicicia illictos suadet fratern9 amor tricuspide ferrũ iacere: nõ vt ledat/sed suadeat tutiorẽ vitã veritatis Impugnabiẽ ergo ꝓprietas ꝑmo loco ꝑ ip̃a3 regulã Aug. solito voto ꝑmissã. Scdõ ꝑ autoritatẽ scripture sacre ꝛ canonũ. Tertio dissoluẽdo ꝑ viribus illoꝝ rõnes: q̃tinus depzib9 ꝓprietatis excussis radicit9: vos amici quoꝝ occasiõe hec tracto/ iuxta vocationẽ vestrã ꝛ regulã: sicut in vnũ estis cõgregati/vnanimes habitetis ĩ domo dei: ꝛ sit vobis cor vnũ ꝛ anima vna/et omnia cõmunia: nec sint scismata inter vos/que ꝓpter meũ et tuum oriuntur. Charitas eñ (dicit regula vestra) nõ querit q̃ sua sunt/ sed cõmunia ꝓprijs anteponit/nõ ꝓpria cõibus. Et q̃ãto ampli9 rẽ cõem q̃ ꝓpriã curaueritẽ tãto vos amplius ꝓficere noscatis: vt in oĩb9 q̃bus vtiẽ trãsitoria necessitas/supemineat et ꝑmaneat charitas. Quñ innocẽtes (dicit pater Aug9.) nõ estis/si tacẽdo fratrẽ perire siniti s: fraternũ eñ vulnus crudeliter dissimulaẽ/nec sine anime periculo misericorditer iudicaẽ. ¶ Propriũ siquide3 habere ꝓhibet Aug. alumnis suis in regule exordio: quo magis charitatem ꝛ pacem ostenderet signẽ esse religionis inter fratres/ cum dicit: In vnũ estis congregati/vt vnanimes habitetis in domo et sit vobis cor vnũ et aĩa vna in domino. ¶ Sequitur: Et nõ dicatis aliquid ꝓprium: grauius autem peccatũ est facere q̃ dicere: cu3 exterius opus maliciam superaddat interiori. vt furari/occidere et mechari: grauius q̃ dicere aut ꝓponere in mẽte: ergo si prohibet expresse verbum ꝓprietatis/ a fortiori ꝛ factum. Nam dictum nequitiam nõ habet aut bonitatẽ/nisi sit signũ rei cuius est dictũ: ergo si prohibet dicere quicq̃ ꝓprium/magis prohibet habere illud. ¶ Secundo moꝝ sequitur in textu regule quam vouistis: Et sint vobis omnia cõmunia. Omne autẽ ſm Logicos est vniuersale signũ quod distribuit ꝑ vniuersis rebus generaliter q̃ sub possessione cadunt/cuiuscũq3 nature sint siue sint iocalia siue pecunia vel aliud. Ergo falsificaẽ vniuersalis ista regula in voti vestri periculũ per quodcunq3 particulare ꝓprium: q3 ꝓpriũ et cõmune opponũtur. ¶ Tertio ꝯsequẽter in textu regule subiungitur: Et distribuatur vnicuiq3 vestrũ a preposito vestro victus et tegumentũ: nõ equaliter omnibus: quia nõ equaliter valetis omẽs: sed sicut cuiq3 opus fuerit. Non dicit/ viginti libras aut scuta/sed tegumentũ paratũ: quod longe paucioris est occupamenti q̃ preciũ eius. Nec conformius vite apl'orum/a qua regularis vita originem cepit. Nam sequitur in regule textu. Sic eñ legiẽ in Actibus apl'orum/q̃ erant illis omnia cõmunia: ꝛ distribuebaẽ vnicuiq3 ꝓut cuiq3 opus erat. Nõ autem distribuebatur apl'is ꝛ eorum sequacibus pecunia/sed victus ꝛ vestitus: ergo ꝓpositu3 confirmatur. Nam pecuniale vestiariũ equalitatẽ quã intẽdit Aug. corrũpit. Patet si contingat senẽ fratrẽ ꝛ debilẽ/cui op9 est amplius vestimenti q̃ sano/ ꝓdigũ fore sui vestiarij/ꝛ liberaliter supra modum in comessationibus exponere quod in tegumento cõuertendũ est: talis senex infirmus male vestietur: ꝛ iuuenis fortis nõ ꝓdigus meli9 ipso induetur contra intentionem Augustini. ¶ Quarto arguiẽ per topicam regulam: Si quod min9 videẽ inesse inest/ꝛ illud qđ magis. Proprium ergo habere tolerabilius esset in nouitijs ordinis q̃ senioribus ꝓpter imperfectionẽ eorũ: sed illis ꝓhibet regula quicq̃ retinere de seculo di. Qui aliqđ habẽt in seculo/qñ ingressi sunt monasteriũ/libẽter illud velint esse cõmune: qui nõ habẽt nõ querẽt ĩ monasterio: ergo si quod de seculo affertur ĩ monasterio/esse cõmune oportet: a fortiori illđ qđ de monasterio est/silr et de redditib9 cõmunibus. Demũ si in cõmune reponere habent et proprium vitare nouiter ingressi: a fortiori etiam seniores illis/quorum debet esse status et vita perfectior. Et in signum huius eis reuerentia exhibetur a minoribus ordinis. Retinere ergo nõ licet ꝓpriu3 his qui habuerũt in seculo: neq3 nõ habẽtib9 ĩ seculo/ in monasterio q̃rere ꝑmittit Aug. ꝗ oĩbus iubet ꝓpriũ nõ hr̃e: q3 oẽs q̃ ingressi sunt/ aut habuerunt aut nõ. Si ꝑmũ relinq̃ndũ est: si ſcđm mõ est q̃rendũ: ꝗ nullo mõ retinẽdũ: q̃tinus hac arte et modestia diuites humilientur: ꝛ pauperes nõ insilentur.

N (right margin, at "et sit vobis cor vnũ")

O (right margin, at "induetur contra intentionem")

P ¶ Quinto edocet Aug. quantū sibi cordi fuerit
Fi cōmune charitatis inter fratres / et abominabile ꝓ
prium dissensionis et iurgie fomes: quia de hoc ꝑ-
mo loco tractare incipit in regula / vsqꝫ ad locū de
oratione. Nō nescius quomō ꝓprietas schismata
facit: vnanimitati aduersatur et paci: quibus opus
est orātibus / teste Hug. in expositione regule: Nō
ꝓdest inquit vna domus si separat diuersa volun
tas: qm̄ longe maior vnitas animi ꝙ loci / habitꝰ
et conuictus cordis ꝙ corꝑis. Charitas autē est q̄
habitare facit vnanimes in domo: et pacē veram
tribuit. Orationē quoqꝫ exaudibilē facit: nec que
sua sunt querit / sed que Jesu christi. Hinc etiā fra
tres monet ibidē / ne sapientes sint in oculis suis /
opinionis ꝓprie defensores / aut cōcordie turbato
res. Si ergo cōcordie aduersat ꝓpria volūtas: er-
go etiā ꝓpria cista aut bursa nō conuenit cōmuni
charitati: quia illa cōmunia proprijs anteponit.
¶ Sexto vbi de oratione / ieiunio et lectura prādij
mētionē facit Aug. i regula: ꝯseq̄nter de cibo infir
mioꝝ specialiori loquēs ꝙ sanorū inquit: Et si eis
qui ex moribus delicatioribus venerint ad mona
sterium: aliquid vestimētoꝝ aut alimētorū dat quod
nō fortioribus etc. Frustra nempe dari diceret / ni
si hos nihil habere vnū hec compant intenderet.
M ¶ Septimo idē facit sed implicite: cū ꝓhibet non
figi oculos in visa muliere. Nec dicatis inq̄t vos
animos habere pudicos / si oculos habetis impu-
dicos: ergo cum pari voto promittit paupertas si
cut castitas: abijcienda est a manu omnis ꝓprie-
taria possessio / sicut ab oculo omnis femine dile-
ctio carnalis: qꝛ oculus et manus in istis se habent
cōformiter: et vtrūqꝫ est reuerti ad vomitū. Hic in
visibilibus carnis / illic in opibus seculi coram iu
sto iudice: Et seq̄tur in regula: Hoc inq̄t quod di-
xi de oculo nō figendo: etiā in ceteris ꝓhibendis
obseruet cū dilectione hominū et odio vitioꝝ. Cō-
uictus autē si recusauerit ferre vindictā / priuetur a
consortio fratrū. Confirmat: quia plus est rē illici
tam tangere ꝙ videre tm̄: et adhuc amplius possi-
dere: et ad nutū habere volūtatis ꝙ tāgere aut vel
le: ergo si in voto castitatis ꝓhibet oculus figi in
feminā: quare nō in voto paupertatis ꝓhibet etiam
ꝓpria possessio? Non em̄ minus scandalizat apo-
stasia seu tergiuersatio secūdi ꝙ primi in conspectu
hoīm. ¶ Octauo nō aliter sapit venerabilis Hu
go in expositione. Et nō dicatis aliquid ꝓprium:
Nō dicimus inquit quicꝙ meū aut tuum / sed no-
strū: vt dicat cappa nostra / vestis nostra / graphiū
nostrū / sicut domus / ecclesia et claustrū: omia in cō
muni habenda sunt. Carnales sunt frēs q̄ cōia di
uidūt: spūales qui diuisum in cōmuni reponūt: er-
go si volumus hereditate possidere dñm / nihil ha
beamus ait ꝑter ipsum. Qm̄ si aurum / argentū vel
quid aliud cū christo querit (dicit Hiero.) cū istis
et similibus ꝓprijs pars fieri dedignat deus. Apo
stoli imitemur sententiā ad Timoth. vi. Haben-
tes alimenta et quibus tegamur etc. Quippe tribꝰ
R Leui nō habuit partē in terra. ¶ Nono in expo-
sitione regule. Et distribuat vnicuiqꝫ prout opus
fuerit. Dñs ordinauit ecclesiā vt pleriqꝫ spiritua-
libus: ceteri autē tꝑalibus vacarent. Prepositorū
officia sunt / subditis corꝑalia ministrare. Subdi-
toꝝ vo spūalibus insistere / oratiōibꝰ vicz ꝯtēplationi
et lectioni: ergo confundit religio / cū quisqꝫ prout
sor efficit necessitatis: et cōmunis magister vestia-
rij tollitur. ¶ Decimo quia vestiariū equaliter di
stributū contrariat regule dicenti / ꝙ nō equaliter
est omnibus tribuendū: quia nō equaliter valent
omnes. Pluribus enim indiget eger ꝙ sanus / et
senex ꝙ iuuenis. Ita enim seruanda est nature ne
cessitas vt nō intereat corpus: sed seruiat / et nō su
perbiat. ¶ Undecimo per eundem venerabilem
Hugonē in expositione huius passus: Et qui ali-
quid habebant in seculo / libenter illud velint esse
cōmune. Duo em̄ sunt que relinqui oportet pro-
pter deum: facultas scilicet possidendi / et volun-
tas habendi: iuxta domini sententiam Luce. xiiij.
Nisi quis renunciauerit omibus que possidet: nō
potest meus esse discipulus. Non enim sufficit ex
teriorem relinquere substātiā nisi interiorē rescin
damus concupiscentiam: als esset renunciatio vo
calis tm̄ et hypocrisis / dissimulatio facta coram
hominibus / non coram deo: qui nouit abscondita
cordis. ¶ Duodecimo Hugo exponendo hunc
passum / vnanimiter viuite: sic inquit: Pauper-
tas et humilitas generant charitatē inter fratres.
Charitas vero nutrit et fouet vnanimitatē con-
cordem et pacem: ergo per locum ab oppositis /
possessio et superbia discordiā et iurgiū: vt cū vnus
est altero ditior / consequenter superbior et infestu-
or. Despectores em̄ sunt et iniuriatores diuites:
vt dicit Aristote. iiij. ethicorū / et se dignificantes
super alios: quo deperit cōfestim fraternitatis vni
tas: et per consequens charitas / deuotio et religio.
¶ Tredecimo inter occasiones alias ꝓprietatem
inducentes: potissimū arbitror fuisse humanū ti-
morē deficiendi in necessarijs tēpore egritudinis
et senectutis: quoniā tūc opus est multo pluribus
ꝙ cū valemus. Nūquid autem tanta forsitan ꝓui-
sio foret i regula circa infirmos et debiles / nisi hāc
sollicitudinem a cordibus fratrū intenderet Aug.
euellere: vnde sanos ne moleste ferāt lautiꝰ egros
pasci: ostendit feliciores esse dicens: Melius mi-
S nus egere ꝙ plus habere. ¶ Decimoquarto pro-
prium religiosorū regulariū impugnatur per illud
Aug. in regula: Quicunqꝫ intantū malū progres-
sus fuerit / vt occulte ab aliquo literas aut munus
accipiat: si hoc vltro offert / parcatur illi et oretur
pro eo. Si autē deꝑhēditur aut conuincit / graui-
us emēdet: vbi Hugo aliquid occultare inq̄t / est
ordinē infringere / et sanctū ꝓpositū paupertatis.
Qui abscondit inquā mortaliter peccat velut al-
ter Giezi factus sacrilegus. Nobis ait cōuenit be
ne viuere / et bonū exemplū dare / et malā tollere su-
spitionē. Nō est malū: qꝛ munus cū vt sic ex amo-
re ꝓcedit: neqꝫ quia cultellꝰ aut hmōi: ꝫ qꝛ ꝓpriū:
ꝯsitia ꝓbat: qꝛ ei q̄ nō fecisset votū paupertatis vt-
puta seculari: nō esset peccatū accipere et seruare /
sicut regulari. Nisi ergo perniciosum esset ꝓpriū
saluti: nō vocaret illud Aug. grāde malum graui-
terqꝫ puniendū; etiam si ex dono vel munere ꝓce-

dat de ꝓprijs bonis seculi: quanto magis ergo si ex impia voluntate seruetur de bonis cōib⁹ ¶ Decimoq̄nto impugnat̄ ꝓprietas ꝑ regulā btī August. vbi dr̄: Uestes vestras sub vno custode habeatis/ vel pluribus: ne a tinea ledant̄. Custodiri iubet vestes dr̄ Hugo ibidē ꝓpter duo. Primo ne ꝑ incuriam a tinea ledant̄. Scdō ne frater quispiā illam quam habet vestē ꝓpriam credat si in ꝓprio loco seruaret̄: puta in camera vel in cista ei⁹. Ad exterminandā em̄ oēm ꝓprietatē ꝯfiter dr̄ Augu. in regula: Non ad vos ꝑtineat quod vobis indumētū ꝓ tempoꝝ ꝯgruentia ꝓferatur: vtrum illud quod deposuerat an aliud recipiat: dum tn̄ vnicuiq̄ prout opus est non neget̄. Neq̄ ꝯquerat̄ deterius se accepisse ꝙ posuerat: sed magis ꝓbate inquit quantum vobis desit in sctō interiori habitu cordis/ q̄
t ꝓ habitu corꝑis litigatis. ¶ Decimosexto ꝯfirmat̄ exterminatio ꝓprietatis expositione Hugonis in regule passu. Discamus inquit fratres sup̄flua resecare: vt dum quod opus est/ non negat̄ vltra ꝙ opus sit a nemine reqrat̄. Sup̄flua q̄dem est secūda tunica/ ꝑfectioni religionis euāgelice ꝯtraria: Matth. x. ꝛ Lu. ix. Neq̄ duas tunicas habeatis. Et intellige ꝑ tunicam vnam quantū sufficit de vestitu ꝓ tegumēto necessario vnius. Sup̄fluum est etiam hm̄di anhelare ad quod non possit ꝑuenire cum salute. Nam voto paup̄tatis sibi velle abstulit ꝛ posse. Ad semel vō abiuratū velle anhelare non minus ridiculosum est/ ꝙ si q̄s de monacho studeret non esse monach⁹/ aut de sterili ꝓlificus. ¶ Decimoseptimo hoc idem vitiū ꝓprietatis ꝯdemnat Aug⁹ in regula dicēs: Et sicut pascimini ex vno cellario/ sic induamini ex vno vestiario Unū ꝛ multa opponunt̄. iiij. metaph. Cum ergo iubeat vnum ꝛ cōem vestiariū/ sequit̄ ꝑ locū ab oppositis ꝙ ꝓhibet ꝓpriū ꝛ singulare multū. Uidete ḡ si votū seruatis regule/ cum totiens infringitis ꝛ tam exꝓsse: non semel/ sed quotidie. Judicate si ex vno vestiario induimini/ eo modo quo pascimini ex vno cellario: ꝛ si que seruatis in vestris cameris vel cistis/ sub cōi sint custodio: sicut vinū in penu aut bladū in horreo. Q, si dixeritis ꝑfecto diem negatis ꝛ exꝑientiā oppositā: ꝛ ꝯtradictoria simul vō ꝯceditis. Contra quos nil ampli⁹ disputandū dr̄ Arist. nisi tales aut in ignem ꝓijcere aut excecare. Quia idem est ꝓijcere ꝛ nō ꝓijcere illis: excecare ꝛ non excecare. Negare ḡ nō potestis q̄n ꝓmissam paup̄tatis fidem violetis: ꝛ ad vomitu ꝫ reuertimini possessionis derelicte ¶ Decimooctauo Aug. necdum ꝯtentus est cōmune esse vestiarium aut dona seu munera parentū ꝛ amicoꝝ: sed etiam vult esse cōia opera singuloꝝ/ quod est maius: dicēs: Nullus aliq̄d sibi opet̄: sed omnia opa vestra in vnum fiant/ maiori alacritate ꝛ studio ꝙ si vobisipsis faceretis. Charitas em̄ postponit ꝓpa cōibus: immo ꝓpria nescit. Et quanto amplius rē cōem ꝙ ꝓpriam curaueritis/ tanto amplius vos noueritis in religione ꝓficere: quoniā cōmunia curare charitatis est meritorie: sua autē ꝓpria nature recaꝓroce. ¶ Decimonono ꝓbat̄ hoc idem ꝑ illud quod sequitur in regula: Contrarium est enim
vt qui filijs suis in monasterio ꝯstitutis/ aliquam ꝯtulerint vestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputandū: illud non accipiat̄ occulte/ sed sit in potestate ꝓpositi: vt in rem cōem redactum cui necessarium fuerit/ ꝓbeatur. Maior autem rō cōitatis videtur esse de bonis ecclesie cōmunib⁹/ ꝙ de ipsorum parentū donarijs que ex ꝓprio ꝓcesserūt eorum. Ergo si ꝓprium ꝓhibet in secūdis/ sequitur etiam ꝙ in ꝓmis. ¶ Uicesimo ostendit̄ hoc ipsum ꝑ Hugonem exponentē hunc passum: In cōmuni omniū vita inquit cuiusmodi est religionis ꝯuersatio nihil licet recipi: nihil occulte retineri. Als iam non esset cor vnum ꝛ anima vna/ si nō essent om̄ia cōmunia: vbi aūt oīa cōia/ nulla sunt ꝓpria. Dic mihi queso/ nonne regulam August. vouisti: nonne vitam regularē ſm eam tenere ꝓmisisti: nonne omnia ꝓdicta dr̄ esse cōmunia? Ergo necessario aut illam ꝓmissam non tenes votifragus aut nihil penes te ꝓprium habes: als regularis non es/ sed magis irregularis. Cum enim nihil retinetur/ dicit Hugo ꝓprium/ auaricia restringitur: inuidia religatur: ꝛ omne fomentū discordie superfluum resecatur: charitas vnanimis ꝯnutritur: et paup̄tas deuota custoditur. Et dum non licet terrena retinere cogitur amplius celestia cogitare/ tractare/ diligere: tanto minus enim superna diligit quis/ quanto magis in infimis delectat̄. ¶ Uicesimoꝓmo ꝓprietas repellitur Hugonis autoritate. Sunt inquit qui grauiter turbantur inter fratres/ cum non licet donaria retinere parentū amātes seruare munuscula suorum/ ꝛ in ꝓprio delectātur. Adeo enim sepe inardescunt vilibus ꝛ paruis istis oblectamentis/ vt eorum occasionibus soleant turbare ꝯcordiam fratrum: quod ꝑsuasione diabolica fieri dubiū non est/ qui in eo tentat in quo magis se ꝓualere cognoscit. Propterea diligēter omnia terrena calcanda sunt/ que charitatē fraternam turbare possunt: vt sit laqueus ꝯtritus ꝛ nos liberati simus. ¶ Uicesimosecundo sup̄addit Hugo sup̄dictus/ ꝙ frater q̄ munus acceptū celauerit furti iudicio ꝯdemnetur. Parum dixi: immo certe sacrilegio quod peius est/ quasi Jude similis factus ꝓditori. Prodit enim conuentū totum/ cum rē eius cōem ecclesie de sinu charitatis subtrahit ī ꝓprium vsum. Uerius dixerim/ prodit seipm̄ cum retrospicit ad abiectum seculum: ꝛ regulam violat ꝛ votum. Ergo si furtum committis ſm Hugonem/ seruando seculare donariū/ nunquid erit sacrilegus qui de cōmuni sacro ꝓprium suum facit? In communi dederunt fundatores: ꝛ nisi in communi retinere potes cum salute. ¶ Uicesimotertio lauacrum corporis infirmi ꝛ lotionē vestium curiosam ꝓhibet Augustin⁹ in regula fieri ſm ꝓprium arbitrium fratrum/ sed magis prepositi: vt etiam si nolit frater/ faciat iubente preposito quod illi expedit pro salute corporis. Et si velit negante illo non faciat vt nō obediat sue cupiditati. Cum ergo beatus pater Augustinus cum regula/ vota/ promissa maximus ꝛ primus sit prepositus post deum: regularibus filijs suis canonicis precipiēs in tot locis ꝛ passibus omnia habere communiter

in proprio nihil: sequit q̄ illi parendū est ⁊ nō pro-
prie lasciuie: qm̄ Hugone teste / nō ornat nitor cor
poris aut vestiū / sed morū: ⁊ spūalis magis querē
da est mundicia q̄ corpalis. Si ḡ ppria libido p-
hibet in lotione vestis aut corpis / rōne obedientie
pmisse que ppriā abiecit voluntatē: quare etiam
non phiberet pprietas pecunie ⁊ iocalium repu-
gnans voto paupertatis charitatiq; fraterne: multo
minus rōnabile videt in forensibus ⁊ alienis pro-
prium licere: cuiusmodi sunt fortune / bona in cista
aut in camera seruata / q̄ in ppria corpis sanitate
longe magis necessaria: sed in ista secunda ppria
voluntas prohibetur ⁊ aufertur vt dictum est: er-
go similiter ⁊ in prima. ¶ Vicesimoquarto argui
tur per illud in regula Augusti. de egrotantiū cu-
ra laborantiū ⁊ debilium vel senum: que alicui est
fratrum iniūgenda vt petat de cellario quod cui-
q; opus esse pspexerit. Quādoquidē ergo necessita
te petende sunt de cōmuni cellario: ergo si non sit
opus pprio pro necessitate infirmitatis / multomi
nus tempore sanitatis. ¶ Vicesimoquinto argui
tur per eundem Augusti. ibidem: Siue inquit qui
cellario / siue qui vestibus / siue qui codicibus scri-
bendis pponunt / siue murmure seruiant fratribus
suis. Propriū ergo vestiarium tolerare aut perpe
ti est regulam interimere pmissam: que cōmunem
statuit magistrum vestiarij per expssum. Commu-
nis autem tollitur cum quisq; p se curam gerit: et
per consequens regula corrumpit ⁊ frangitur vi-
dentibus / scientibus ⁊ volentibus vobis singulis
in graue discrimen salutis aīarum vestrarū. Regu
la ponit vnum cōmunem: vos autem pprios oēs.
Dicite ergo si regulam pmissam seruatis. ¶ Vice
simosexto confirmat hoc ipm per illud quod mox
sequitur in regula: Vestimenta (inquit August.) ⁊
calciamenta quādo fuerint indigentibus necessa-
ria dare non differant: sub quorū sunt custodia q̄
poscunt. Ubi Hugo: Ministrare debet frater de
putatus cōmuni vestiario sine murmure. Caueant
ergo fratres ne nimis petant importune aut sup-
flue: nam quicqd superfluum est / mortifer est illis. Nā
vnde pauperes erimus si penuriam non habem⁹?
Attendant q̄ oblationes fidelium sunt que vesti-
unt ⁊ comedunt / vt formident populi peccata por
tare. Usq; ergo ad puisionem calciamentorum Au-
gustin⁹ non descenderet / si quicq̄ fratribus ppri-
B um pcessisset. ¶ Vicesimoseptimo pfirmat per il
lud August. in regula: Lites autē nullas habeatis
inter vos ⁊c. Maximuz autē fomentū litium est p
priuz: que secant inter voluntates teste Seneca: Fe
licem inquit dicerem humanā vitam si hec duo p-
nomina possessiua meum ⁊ tuum / tollerent de me-
dio. Et in epla. xiiij. Si vis viuere in pace: aut pau
per sis aut paupi similis. Rixa autem est inter com-
petitores. Et eth. v. Iurige ⁊ dissensiones sunt in-
iuste. Et Boetius in tertio. Unde forenses que-
rimonie nisi q̄ vi vel fraude a nolentibus pecunie
repetuntur cupite? Tolle proprium de claustro ⁊
lampades extinxisti inuidie / luxurie / rixe / auaricie /
ceterorumq; defectuū. ¶ Vicesimooctauo arguit p
illud de regula ppe finem. Ut aūt cuncta ista ser-
uentur dicit Aug. ⁊ si qd min⁹ seruatū fuerit nō ne-
gligenter pretereat: sed emēdandū corrigendūq; cu
retur ab eo q̄ pest vobis. Ipse enī qnto loco supe-
riore: tanto in periculo maiori versatur nisi corrigat
visus manifestos ⁊ defect⁹ patētes: qb⁹ regula cor
rumpit ⁊ laceraf in periculū salutis aīaꝝ. Quoniā il-
lius est reddere rōnem p omib⁹. Vouit abbas vi-
tam sm regulam Augu. ⁊ nr̄i fratres. Illa totiens
clamat omnia esse cōmunia vnū cor ⁊ aīam: nihil
habere ppriū: cōmune vestiariū: tn̄ pcrariū agitur
quotidie. Et qd deteri⁹ est / vsq; adeo infecit h̄ vir⁹
cunctos: vt neminē pscientia remordeat: nemo ex
abusibus vetustatem doleat / aut peniteat: qd indi-
cium est obstinationis ⁊ irremissionis periculū: quo-
niaz q̄ pscientiā remordentē nō habet / minime pe
nitet: si non penitet fecisse / nō dolet: si nō dolet / nō
pterit: qd non pterit / non pfitet vsq; in finem vite.
Discrimen h̄ cōmune est: sed tn̄ pmo capitis: ⁊ psi
ter membroꝝ: capitis qa regulam pmissam nec
seruat / nec seruare cogit: iuxta vocationis officiū
cui⁹ est sm Aug. corripere inqetos: psolari pusilla
nimes: infirmos suscipe: ⁊ patientē ad omnes fore
Membroꝝ aūt qr non tenuerunt pmissam regu-
lam: pudet dicere sed veritas viget ne in fermentum
phariseoꝝ descendat: verendum est hodie de quo
Matt. xxiij. scribit. Ue vobis ⁊c. q̄ decimatis men
tam / anetū / cyminum: ⁊ reliqstis q̄ grauiora sunt le
gis iudicium / miscdiam ⁊ fidem. Si breuis pduci
